Stricturæ NONIANÆ.

LUCILIUS bis térve Caſtigatus.

Exercitatio I.

Authore CHRISTOPH. WASE, Jur. Civ. in Univ. *OXON.* Bed. ſup.

OXONII,
Excudebat *L. Lichfield* Academiæ Typographus. 1685.

Qo. b. 34

Apr: 1817 | d.^o au

PRÆFATIO.

ANte *Priſciani* ætatem (is ſexto poſt Chriſtum natum ſeculo ineunte floruit) vix occurrit qui *Nonii* mentionem faciat. Scriptor eſt variæ & antiquæ lectionis, ut nemo alius extat æquè locuples. Deprompſiſſe poterat ex *Tiburte* Bibliothecâ, à *Gellio* bis memoratâ, ut quæ in Herculis templo fuerit, atque ſub id tempus libris complurib⁹ inſtructa, ut appareat *Juſti Lipſii* conjectura minimè vana, *Hadriano Cæſari*, eo receſſu gaudenti, beneficium illud tribuentis; appellatur enim *Tiburticenſis*. Non ſemper ille quidem optimos ſecutus autores, ut ex loco conſtat in quo *Gellius Caſellium Vindicem* hallucinatum fuiſſe docet; nec idem judicio peracri; quod, ſi diligentiùs attendas, non rarò deprehendes; dignus interim habitus, quem librarii ſæpiùs deſcriberent: nihilominus propter ſummam materiæ difficultatem, vel ea ipſa de cauſa, quòd toties indoctas manus ſubierit, Codicum omnium MSS. longè depravatiſſimus ubique reperitur. Ante ſeculum hoc & ſuperius multoties impreſſo ſuccurrerunt artis cenſoriæ Principes, nec ampliùs eorum caſtigationibus adhuc profectum, quàm ut mendis ſublatis longè plura tollendi copia relinqueretur. Hac re permoti interpretes *excetram multorum capitum*, *Augiæ ſtabulum*, *Theſaurum mendorum inexhauſtum* dixerunt. Equidem ſi portenta lectionum, quæ in his ſchedis manu exaratis paſſim extant, in unum congererentur acervum, in hoc uno Codice exemplum ſtatuerim, quo juventus ſui magis præfidens, quàm ſubacto adhuc judicio, ad hæc Muſarum adyta verecundiùs accedat. Multum

tamen hi commentarii, quomodocunque ſe habent, modernos artis Grammaticæ ſcriptores juverunt; quoſdam etiam, ut arbitror, nihil tale opinantes. Quòd Peripateticus, uti appellatur, ad hujuſce literaturæ cultum ſe demittere non recuſaverit, ſicui mirum videbitur, adeat *Hodium*, juvenem ad ardua doctrinæ faſtigia ſtudiis flagrantibus enitentem, in eruditâ de **LXX** Interpretibus diſſertatione cap. 9. ſect. 2. non ſine exemplo factum fateatur neceſſe eſt. Cùm igitur ſcriptor pro captu Grammaticorum non ignobilis, à librariis, ut minimè intellectus, ita peſſimè habitus, tot ſollertium virorum curatione haud parum levatus, adeò tamen ex morbo non penitus convaluerit, ut plurimis adhuc & fœdiſſimis ulceribus coopertus jaceat, quidni & nos MSS noſtrorum beneficio utamur, qui duo modò tréſve totius Academiæ bibliothecis omnibus apparent, ſi fortè aliquid opis de noſtro conferre dabitur? in hac ſubſidiorum inopiâ veniam faciliùs impetrabimus, ſi unum alterúmve locum in melius reſtitutum æquo Lectori probaverimus.

Ca-

Capita Rerum, quæ in his Exercitatiunculis continentur, hîc inseramus ut ex Indiculo Lector statim percipiat quid sibi expectandum sit, ne si fortè literaturæ hujusmodi fastidiosior accedat, otium & operam in rebus non ita magni ponderis collocatam sero conqueratur.

1. Lucilii locus correctus, & ubertim enarratus.
2. Eidem Septenarius justis numeris restitutus.
3. Vocabuli Lucilio à viris doctis vindicati plenior confirmatio.
4. Itidem alterius à Tanaquillo Fabro redditi.
5. Eidem Hymnos ex errore attributi.

6. Afranii Senarius, retractâ literulâ, statuminatus.
7. Iterum.
8. Itidem vocibus leviter mutatis.
9. Afranio rursus subventum.
10. Iterum per Aphæresin.
11. Glossa ex Festo ad Afranianum versum accommodata.
12. Archaismus eidem vindicatus.
13. Nonii ipsius hallucinatio circa vocem Novianam.
14. Novio abjudicatus, Colax Nævio addicitur.
15. Novius auctus mimo: item alio.
16. Pomponius castigatus.
17. Ejusdem versus duo legitimis constituti pedibus.
18. Item Septenarius motâ lineolâ redintegratus.

19. Syn-

19. Syncope antiqua Pomponio asserta.
20. Ejusdem versus ex conjectura suppletus.
21. Alius ductu MSS. Cod. emendatus.
22. Atque alius.
23. Item tertius, sed ex conjecturâ.
24. Cæcilii constructio per Syntheſin reducta.
25. Vox Turpilii loco non suo dejecta.
26. Idem sanitati restitutus.
27. Titinio macula detersa: atque altera.
28. Laberiani versus constructio, literulâ detractâ, concinnata.
29. Itidem lineolâ mota, cum apice uno alteróve addito.
30. Laberiani mimi titulus in suspicionem vocatus.

31. Ciceroni in v̄ de Rep. vox reddita, quam Fragmentorum Collectores malâ fide omiserant.
32. Varroni lectio bis térque innovata.
33. Farrago.
34. Orthographia Noniana.
35. De Fulgentio Planciade.

CAP

CAP. 1. 34. Lurcones dicti sunt à lurcando. Lurcari est cum aviditate cibum sumere. *Lucil. sat. l. 2.*+

Nam quid Mœtino, subjectoq; huic opus signo
Ut lurcaretur lardum & carnaria fartim
Parum *conficeret?*

Sententiam aliquam ex his versibus elicuit imprimis Jos. Scaliger in Catalectis. Gestamen enim religiosum ad mala avertenda verbis prioribus intelligi oportere, recte est interpretatus. Argumenti conclusio nobilis, sed dictiones sub finem mendis non carere diligentiùs attendenti manifestum erit. Variant enim Codd. MSS. circa voculas pene novissimas: alibi *fartim*, *farctim*, alibi *furtim* legas; deinde *Parum*, modò *Partim*, unde Scaliger *Patrum*, quo propendet Mercerus in Nott. etiam *furtim* admittit, contrà quàm sentit Scaliger, numero simul mutato in *lurcarentur*, & *conficerent*: satis incongruè, cùm ad *huic* in priori membro referantur, quod viris doctis licuisse nollem. Hadriano Junio *Parum* illud etiam abundare videtur. Credo, quia tanti non erat, in re leviculâ constituendâ, multum operæ insumere, joco potiùs defungitur: Nec in nobis ulla spes auxilii, post tantos viros frustrà habitos, resederat; ubi lucem, quamvis creperam, huic loco restituendo commodùm prætulit exemplar MS. Coll. Linc. paullò emendatius; in illo diserte scribitur *farctum*. Hoc viso, subiit animum de alitibus sermonem necessariò procedere debere, cùm fartores avium nuncupentur ὀρνιθοβοσκοί: deinde nihil propiùs ad vocem subsequentem accedere quàm *Pavûm*. Confirmabat hanc conjecturam istius seculi usus, quòd id vocabuli in secundâ declinatione, puto, semper extulit Ennius, *Memini me fieri Pavum*: Item alia veterum consuetudo, quâ Genitivum ejusdem declinationis Pluralem in pares syllabas communiter, non figuratè, deflectunt; ut enim Græci θεοὶ, θεῶν, sic antiquiores Latini *Dei*, *Deûm*. Non igitur assentior Ciceroni,

+ IV. 3. Jan. Dousa Ed.

ceroni, qui hujuſmodi vocabula per Syncopen conciſa exiſtimat: quod ille plenum aut integrum opinatur, ut eſt *Deorum*, id potius literæ caninæ Epentheſin pati exiſtimandum erat, ut in Femininis manifeſtius eſt, Θεάων, Μοισάων, Dearum, Muſarum; quomodo Νυὸς Nurus; μῦς μυὸς Mus Muris. Sed in viam redeo. Pacuvius in Chryſe, ---*amici majorum meûm*. Terent. Adelph. *Similis eſt majorum ſuûm*. Sic *farcîum pavûm*, quod recentior conſuetudo reſpuit; mallet enim *farcorum*, nec tam *pavorum* quàm *pavonum*. Uterque hic Archaiſmus novitiis deſcriptoribus ignoratus, caligi-nem offudit, & loco vitiando, ut videtur, originem dedit. Atqui Græcis uterque vocabuli hujuſce Genitivus agnoſcitur. Quemad-modum enim à ταὼς fit ταῶν Pavus, Pavûm; ſic, quod inuſitatius, tamen apud Athenæum l. 14. reperitur, à ταὼν ordine deſcendit ταώνων Pavo pavonum, cùm illud ſit quintæ & imparisyllabicæ de-clinationis. Fidem verò eidem emendationi quàm maxime facit quòd pavones ad menſam adhibiti Romanis, ab omnibus penè Saty-rographis, qui extant, vitio dantur.

Quod ſi ſtabilis ſit hæc lectio, ut Delphicum oraculum non eſt æquè certum, ruat oportet utraque Plinii Secundi, Nat. Hiſt. l. 10. c. 20. aſſertio tam memorantis Q. Hortenſium Oratorem primum Romanis in cibum appoſuiſſe pavones, quàm M. Aufidium eos pri-mum inſtituiſſe ſaginare. Lucilii obitum cum Hortenſii natalibus conferamus. Hic undecim modò annos natus fuit, cùm ille ſupre-mum diem obiiſſet; qui ſecundo libro, ex iis, quos Satyrarum tri-ginta reliquit, non modò pavonum in cibis juxta nos meminerit, ſed etiam altilium. Tempus autem quo M. Aufidius Lurco villati-cam hanc paſtionem quàm maximè factitavit, adeò ut reditus Seſtertium 60000 ex illis ſaginatis perceperit, congruit cum bello Piratico noviſſimo; quod triginta ſeptem poſt annis Pompeius ex Lege Manilià confecit, quàm idem Lucilius deceſſerat. Hortenſium verò in Collegium Augurum non ita din antè cooptatum fuiſſe in-de colligas, quòd poſt ejus Auguralem cœnam pretium his alitibus in immenſum *citò* creviſſe Varro tradat. Quid, quod Albucius hanc pavones alendi diſciplinam præmonſtrâſſe videtur? Plinio frau-di fuerit malè acceptus Varronis locus, ubi tantùm ait ab Hortenſio

in

in Augurum adiciali cœnâ primùm fuiſſe publicè appoſitos; quo minùs antè privatis conviviis adhiberentur, nullus repugnat. Hinc idem Augur in jus vocatus ob leges ſumptuarias violatas, adeò multam effugit, ut etiam propter honorem ſacris additum, tam à luxurioſis quàm à ſeveris, tanquam vir bonus, laudaretur. Hujus exemplo à compluribus in epulas recepti, quæ multæ lautæque quotannis eo tempore Romæ publicè agebantur, annonam macelli citò excandefecerunt, ut eorum ova denariis quinis, ipſi quinquagenis facilè venirent. Pontificales verò cœnæ, id eſt, quo tempore Pontifex pontificem inauguravit, habitæ, propter ſummam lautitiam, pro ſumptuoſis & opiparis in proverbium abierunt. Verùm hactenus emendationi aſtruendæ ſat operæ datum. Verſus ita conſtituantur.

Nam quid Mœtino, ſubjectoq; huic opus ſigno,
Ut lurcaretur lardum, & carnaria farſtum
Pavûm conficeret?

Senſus horum verborum eſt: Quem, quæſo, in uſum ab homine gulæ dedito, remedium contra invidiam quæratur? Invidiam enim gloriæ comitem eſſe, & felicitatis cujuſdam præclaræ. Nihil autem in vitâ luxurioſâ beatum, nihil glorioſum, nihil prorſus invidendum reperiri. Ea loci *mens*. *Dictiones* aliquot enucleatiùs exponendæ ſigillatim reſtant.

Nam quid] Commotioribus animi convenit hæc vocularum trajectio pro Quidnam. Hîc loci Aganactefin aut indignationem inducit. Aliter corripit acriter, & increpat.

Plaut. Caſinâ. 2.3.49.

—*Nam quid* friguttis? quid iſtuc tam cupidè cupis?

Ibidem apud Feſtum. Reſpicit 4.3.6.7.

Nam quid illæ nunc tam diu intus remorantur remeligines?

Id. Epidico. 1.2.13.14.

Si Hercle haberem, non negarem. *Nam quid* te igitur retulit
Beneficum eſſe oratione, ſi ad rem auxilium emortuum eſt?

Eſt ubi cum faſtu averſatur. Id. Curcul. 3.1.25.

Apud Sicyonem, *Nam quid* id refert meâ?

Aliquando ſtomachum fingit ut illudat.

Id. Moſtellar. 2. 1.21. (accubas.

Quid ego ago? *Nam quid* tu, malum! me rogitas quid agas? Nonnunquam ſeriò expoſtulat. Titinius Privigno.

Nam quid ego feci te advorſum, aut patrem meum,
Quem pauperetis ambo veſtris ſumptibus?

Terent. Phorm. 5.5.5. in MS. Bodleiano.

Sed Phormio eſt. Quid ais? Quid? *Nam quid* facturu'ſt Phæ-
Obmurmurantis eſt. *Nam quâ cauſſâ.* Quânam cauſſâ. (dria?

Plaut. Aulular. 1. 1. 5.

Nam quâ me nunc *cauſſâ* extruſti ex ædibus?

Nam cur. Cúrnam. Ibid. 3.

Nam cur me miſeram verberas? ut miſera ſis.

Itidem reſponſantis cum ſtomacho. *Nam quî.* Quînam.

Id. Epidico. 1. 2.13.

Miſſiculabas. Perdidiſti omnem operam. *Nam quî* perdidi?

Nam quamobrem. Quamnam ob rem. Id. Amphitr. 2.1.2.

Sceleſtiſſimum te arbitror. *Nam quamobrem?*

Eſt etiam admirationis formula.

Nam quis. Quiſnam. Virgilius Georgicôn 4.

Nam quis te juvenum confidentiſſime noſtras
Juſſit adire domos?

Nam quæ. Quænam. Terent. Phorm. 5. 1.5.

Nam quæ hæc anus exanimata eſt à fratre quæ egreſſa eſt meo?

Nam quod. Quodnam. Plaut. Moſtellar. 1. 3. 34.

Proh Jupiter! *Nam quod* malum verſatur meæ domi illud?

Item addubitationis & Aporiæ. Terent. Phorm. 1. 4. 23.

Nam quod ego huic tam ſubito exitio remedium inveniam miſer?

Rurſus Admirationis. *Nam quem.* Quemnam. Plaut. Pœn. 5. 3.3.

Nam quem ego aſpicio? proh ſupreme Jupiter!

Nam unde. Undénam. Id. Ciſtellar. 4. 16.

Non, ecaſtor, caſſa memoro. *Nam*, obſecro, *unde* hæc gentium?

Competit ſciſcitantibus cum vehementiâ ex quovis affectu.

Id. Rudente. 3.3.25. (nitur?

Bonum animum habere. *Nam*, obſecro, *unde* animus mihi inve-

Nam

Nam quò. Quónam. Id. Curcul. 1. 1. 12.

Nam quò te dicam ego ire? Si tu me roges.

His omnibus in locis cave sumas *Nam* pro Conjunctione causali, quæ non est nisi particula expletiva nunc prothetica, nunc paragogica. Sed abundè exemplorum. Præcisum atque abruptum loquendi genus rus olet, & antiquam simplicitatem. Libertas enim priscorum affectus omnes, ut res tulit, in propatulo gessit. Politior autem ætas inconditos animi motus aut subegit, aut meliùs dissimulavit. Ad reliqua propero.

Mœtino.] Paucis præfabor. Aruspices, & cæteri profanarum religionum interpretes, obscænas imagunculas remedio, scilicet, contra invidiam gestandas venditabant. Ex quâ superstitione pueris pudenda de collo suspendi solita ad mala avertenda Varro docet: unde lucem afferas Plauto, Mil. Glor. 5.1.5.6.

Quin jamdudum gestit mœcho hoc abdomen adimere:
Ut faciam, quasi puero, in collo pendeant crepundia.

Quidni & corallio ad hujusmodi imaginem, ex Augurum vanitate, pretium accrevit? Plin. Nat. Hist. l.32.c.2. Surculi ejus infantiæ adalligati tutelam habere creduntur. Nobis decori sunt, &, fortassis, propter lævorem, ad minùs ægrè dentiendum subsidio; veteribus certè religioni. Hinc id, quo viri sumus, *fascinum* appellatur; & in Glossario Philoxeni *Muttonium*, Προβασκάντιον, Λύκιος, [Vulcanius, Λυκίλλιος,] nec dubitat Scaliger quin ad hunc Lucilii lotum respexerit. Ita stolidæ plebeculæ credulitati illudebant Augures, vafrum genus; nec hominibus imposuerunt gratis; cùm hujusmodi periapta, partim ἀμυντήρια, partim νικητήρια, venalia haberent. Nihil hîc attinet de prœbiis sermonem ex professo instituere. Videatur, quæso, Martinus Delrio Magicarum disquisitionum, l.1.c.4. Quæst. 1.2.3. Passim occurrunt in rei medicæ præsertim & Rusticæ scriptoribus, quæ undecunque conquirere prolixum perinde esset atque infructuosum. Gaudet enim obscuro merx improba, & ab inferis evocata lucem horrent. *Mœtinum* atque *Mutinum* idem ac *Muto* in Priapeiis.

Cura Priape diligens Pomarium:
Furi rubricato minare mutino.

 Viderat

Viderat idem Scaliger non bene convenire Iambicum & Scazonta: unde sic reformandos censet versus.

Pomarii tutela diligens, rubro
Priape Furibus minare mutino.

Atqui nimium quantum hoc abit à scripto: quanto commodiùs principalis vox in finem trajicietur?

Priape diligens pomarium cura; deinde ut suprà,

Notandum hîc, *æ* & *u* facilè inter se commutari. Sit à *pœna*, *punio*; à *mœnibus*, *munio*; à *Pœnis*, *Punicus*. Nævius tamen Carmen belli Pœnici inscripsit. *Mœrus*, unde *pomœria*, est *murus*; Nobis *munera*, Lucretio *mœnera*; item *mœtinum*, *mutinum*.

Mutunus, Arnobio l. 4. adversus gentes, idem qui Augustino l. 4. de Civitate Dei exponitur *Priapus*.

Subjectoq; huic opus signo.] Potest intelligi de sigillo Planetarum influxibus subjecto, cui mirificas virtutes affingunt Astrologi. Sin legas, cum quibusdam, *subrecto*, erit posterior hujusce versus clausula prioris ἐξηγητικὴ, velut ἓν διὰ δυοῖν.

Lardum.] Perna, petasus, sumen, succidia, lardum, tota denique *sus* veterum lautioribus inter primarias delicias habita.

Carnaria farctûm Pavûm conficeret.] *Farctûm*, velut à *farcio*, *farxi*. Horridius sed & antiquius, quod recentior Euphonia limavit. *Pavûm*. Pavones, tempore Lucilii, magno numero saginatos hæc verba declarant. In usu jam tum fuisse dictum etiam illud ejusdem innuit.

Cocus non curat caudam insignem esse illam, modò pinguis siet.

Pavonem enim ideo placere censet Horatius:

--- *quia veneat auro*
Rara avis, & pictâ pandat spectacula caudâ.

Crediderim haud ita diu post bellum Macedonicum, quod Persi dicitur, Romanis ex insulis Sami importatam alitem elegantiùs victitantibus in cibum vertisse, necnon phasianos inter bellum Mithridaticum; ut ætas illa, remoto hostium externorum metu, properatim in luxum ruebat. Sanè quæ de luxu veterum Macrobius refert, Saturnal. l. 2. c. 9. isthanc potissimùm ætatem respiciunt. Sed aliò stylum convertamus.

II.

CAp. 12. 26. *De* pro *Ab.* Lucil lib. 26.

Solus jam *vim de claſſe prohibuit Volcaniam.*

Fatiſcit verſus, nec ſatis conſtat loci ſenſus. Pro *jam* legendum omnino videtur *Ajax*. Nota hiſtoria ex Iliade ō extremâ, quæ eſt 14. Trojanos, Hectoris ductu, flammam facéſque Græcorum navibus inferentes, Ajacem conto navali, viginti duos cubitos longo, excepiſſe, eóque primorem duodenarum navium ordinem (quomodo in terram ſubductæ ſtabant) tutatum reliquas omnes ab incendio illæſas conſervâſſe.

v. 742. Ὅσσ᾽ ἤ Τρῶες κοίλης ἅλὶ νηυσὶ φέοντο
Σὺν πυρὶ κηλέῳ, χάρεν Ἕκτορος ὀτρύναντος,
Τόφρ᾽ Αἴας ὔπεσκε, λελασμένος ὀξέϊ δουρὶ·
Δώδεκα γὰρ πρῶτοι νεῶν ἀπεκαίοντο ἔπειτα

Videtur hic Lucilii Septenarius ad *Armorum judicium* Pacuvianum referri debere, cujus proculdubio compendium nobis reliquit Ovidius, Metam. l. 13. ubi centones de ſuis virtutibus ſarcit Ajax; locus enim militaris gloriæ ſatis idoneus ſe offerebat, quò cauſsâ potior abiret.

Ecce ferunt Trões ferrumq́, ignemq́, Jovemq́,
In Danaas claſſes; ubi tunc facundus Ulyſſes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes.

Homeri veſtigiis inſiſtens Æſchylus, Græcorum Tragicorum princeps, Ὅπλων κρίσιν docuit. Hanc fabulam Pacuvium Latinè vertiſſe veriſimile eſt. Huc refer & illud ejuſdem Lucilii:

Ego enim contemniſicus fieri, & faſtidire Agamemnonis.

Solus Ajax.] Grandiloquentiam hominis Poeta naſo ſuſpendit: quòd communem laudem ſolus occupet; immemor ſub cujus auſpiciis militaverit, item quibus ſociis uſus ſit.

Vim Vulcaniam] Vulcanum, ut βίλῳ Ἡρακλείῳ Herculem.

De claſſe] Tanquam in ſuperiori loco poſitus. Aliter *prohibere* diceretur aptiùs *a claſſe*.

III.

CAp. 13. 16. Anchoræ vincula, quibus antemnæ tenentur.

Lucil.

Lucil. *Armamenta tamen, malum, vela omnia ſervo,*
Funis enim præciſus ciò, atq́; anchora *ſoluta eſt.*

Librariorum inſcitiam juxtà atque audaciam emunctæ naris cenſores ſubodorati, quod vocamen nauticum, adeóque minùs in foro jactatum, cùm vulgo parum intelligeretur, expungere non ſint veriti, ut nec vocabulum ſubdere tam ſenſu abſurdum, quàm numeris abſonum, rectum emendationis iter ingreſſi ſunt, viam aperiente Iſidoro. Orig. l. 19. c. 4. *Anquina*, quâ ad malum antenna conſtringitur. De qua (Helvius) Cinna,

Atque anquina *regit ſtabilem fidiſſima curſum.*

Vocem igitur, quæ ad amuſſim quadrabat, inde Nonio reſtituerunt, *Anquinæ* vincula ſunt *&c.* adeóque Lucilio,

----*atq́;* anquina *ſoluta eſt.*

Quod huc firmamenti adjiciam tantum eſt Heſychio voce Ἀγκόλαι, ἀγκύνης, ἀγκοῖναι, ἀγκόλαι, χεῖρες, ἢ χειρία ἰσῦ. Diſpeſcendæ manifeſtò ſententiæ. Poſterior Ἀγκοῖναι, ἀγκόλαι, χεῖρες, ἢ χειρία ἰσῦ. De priori interpretamento res nihil admodum difficultatis habet propter cubiti & carpi inflexiones: unde & ἀγκὰς ἑλεῖν, manum ulnis injicere. Sic ἀγκωνίζειν vox palæſtrica; lacertis tranſverſim injectis adverſarium ſublimem attollere, ut humo præcipitem duriùs affligas. De cætero patet, unde *anquinæ* originem trahant. Inſuper notatu dignum, quòd pleraque vocabula artis nauticæ Græco fonte dimanent, propter textrinas navium, & portus ſitos ad oras maris inferi ſuperíque.

IV.

REſtat alius ejuſdem Poetæ locus apud Nonium ventilandus, cap. 2. 218. Depeculaſſere, ac deargentaſſere, & decalauticare. Lucil. l. 26.

Depeculaſſere aliquà ſperans me, ac deargentaſſere,
Decalauticare, *eburneo ſpeculo* depeculaſſere.

Acrioris judicii lectores jampridem deprehenderunt principalem hujus ſententiæ vocem in fine ſequentis verſus odiosè ſatis & inſubidè repeti. Cui vitio ut ſuccurrerent, *Depoculaſſere* ſtatim in principio ſubſtituunt, parum interim attendentes hoc modo verſum Trochaicum lædi. Tanaquillus Faber rei metricæ haud paullo peritior

peritior advertit ultimum versum recto talo non consistere. Nam in verbo *depeculassere* syllaba à principio tertia necessariò producitur, fit enim ex *peculatus* vel *peculium*. Plaut. Pœnulo 4.2.21.

Apud nos Expeculiatos *servos fieri suis heris.*

Caussâ igitur inventâ, loco affecto vir, ut erat amœnissimi ingenii, medelam facilè attulit; reposuit enim *despeculassere*, quo pacto sententiæ nativam quandam venustatem illibatam servavit. Verba, ut videtur, sunt uxoris malè nuptæ, quæ malæ tractationis adversus virum aut actionem intendit, aut querelam instituit. Mundum muliebrem sibi furtim subductum ad extraneas deferri insimulat: etiam quæ in peculio & deliciis habuit; ut *argentum*, quod id temporis carum, & in arcano reponi solitum, atque coacervari, ad argentarios delatum; unde major Emphasis *argento* quoties in priscis temporibus occurrit, quàm vulgo credi solet. Opponitur enim monetæ ex ære, quæ domesticis & quotidianis sumptibus ferè inservivit, ubi, ridiculi gratiâ, verbum *deargentassere* noviter confingit, ad injuriam, videlicet, exaggerandam. Parem vocis innovationem, quod imprimis Comicum est, advertere licet in sequenti versu, cùm incipiente tum desinente. Calautica tegmen muliebre, quod capiti innectitur; Matronarum, opinor, vel melioris conditionis libertinarum. Hinc Clodius, cùm in muliebri habitu in apertum Bonæ Deæ se penetraret inter principes feminas, sic à M. Tullio oratione in Clodium deridetur, *Tùne, cùm vincirentur pedes fasciis, cùm calauticam capiti accommodares*— Clam uxorem igitur calauticam suppilare festivissimè dicitur *Decalauticare*. Novitas enim verbi risum quærit. *Eburneo speculo despeculassere.* Alia Dinosis vel indignitatis aggravatio propter honorem speculo ablato habitum, quod esset eburneum, id est, ebore inclusum. Videte quàm scitè ad muliebria studia & ingenia loquatur Poeta lepidissimus! quàm graphicè depingat impotentes amoris, æmulationis, iræ in fœmineis animis affectus ex ipsis causis in opinione ferè sitis, unde potissimùm moveantur *speculo despeculassere.* Paronymia vel Agnominatio, Parodiæ ex genere, veteribus perquam familiaris. Placuit perspicuitate, sed vitio non caret propter interpretationis redundantiam. *Despeculassere.* Probæ monetæ vox, sed recèns ab Lucilio ipso percussa.

V. Cap.

V.

CAP. 2. 34. Indiculorum in Nonium & Autores ab ipso laudatos, post Henricum Stephanum ſcriptores ad unum omnes Lucilium in *Epodis hymnis* allegant, nè Mercero quidem excepto. Imò V. Cl. *Gerardus Voſſius* in lib. de Poetis Latinis ad Lucilium, *Etiam ejus Epodos Hymnos eitat Nonius.* Librum Epodon, ut videmus, ſcripſit Satyræ pater. Titulus verò perperam conceptus eſt; quo modo Franc. Douſa in Fragmentis Lucilianis reliquos temerè inſecutus edidit. Fuit enim *Hymnis* perſona Bacchica, quæ Comœdiæ Cæcilii Statii nomen fecit: is eam ex Græco tranſtulerat. Menander Ὑμνίδι citatur ab Heſychio. Quid, quod *Hymnis* alibi compellatur ab hoc ipſo Poeta? Sat. 28.

Hymnis ego animum ſic induco, quod tu ab inſano auferas.

Hinc mulierculam fuiſſe juvenum ſpoliatricem collegerim: alio loco apud Cæcilium, cùm amanti objiciat, *nihil agis in amore inermus.* Dicaculam ſcias, & procacem, quæ amatori exprobret, quòd parum vir ſit. Lucilius hîc amicæ, quam ſub hoc nomine tectam exagitat, (locus enim omnis & ætas ſuas habet Hymnidas) pari petulantiâ vitio dat, quòd parum mulier ſit. Libertatem loquendi in perſonis famoſis Comœdia vetus, & Satyra, quaſi jure ſuo ſibi vendicârunt; quam vernilitatem turpitudinis affinem ſeverior diſciplina ab hominibus liberaliter inſtituris procul abeſſe voluit. Interim multa veterum non rectè dicta, ut in Attio, Pacuvio, Ennio, Poeta noſter carpit: ſic poteſt fieri, ut in Cæcilio, quamvis is autor gravitate præcelluiſſe traditus ſit, nequius aliquod verbum, dum commemorat vir nobilis & perurbanus, ludibrio exponere voluiſſe videatur. Hactenus ad Lucilium dixiſſe ſufficiat, vereor ne, pro rerum paucitate, verbis, multorum judicio, pluribus, quàm par erat.

FINIS,

Animadverſiones NONIANÆ.

Afranius
Novius } ſollicitati.
Pomponius

Cæcilius item leviter correctus.

Turpilius
Titinius } aliquoties emaculati.
Laberius

Exercitatio II.

Authore CHRISTOPH. WASE, Jur. Civ. in Univ. *OXON.* Bed. ſup.

OXONII,
Excudebat *L. Lichfield*, Academiæ Typographus. 1685.

Exercitationis II. Articuli. *Afraniana.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *Noviana,* 13. 14. 15. *Pomponiana.* 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. *Catilianum.* 24. *Turpiliana* 25. 26. *Tutiniana.* 27. *Laberiana.* 28. 29. 30.

VI.

Cap. 4. 36. Auscultare; videre, spectare.
Afranius Privigno.

Videt ludos: hinc auscultavi procul. *Videte* ludos —— quasi dicat Spectaculum joculare, & risu dignum.

VII.

Cap. 8. 3. Genitivus positus pro Accusativo.
Afran. Compitalibus.

Si non *vereor*, nemo vereatur tui.
Iterum excidit eadem vocalis. leg. Si non *vereare*.——
Inverecundi sunt omnibus despicatui.

VIII

Cap. 2. 442. Inaudire, audire.
Afran. Divortio.

Novis dictis, quæso, nè ille inaudiat. Lege *Nobis dic tacitè* —

IX.

Cap. 3. 186. Rogus, Mascul. Neutr.
Afran. Epistolâ.

——Pulchrè hoc accendi rogum.

Arder, tenetur, hoc sepulchro *sæpe licet.* Emendant, *sepeliri licet.* Nugæ! legend. *scilicet*; quod figuratè & præter opinionem dictis convenit, versu quoque fide jubente. Scripserat amasia lepidam Epistolam, qualis in primâ Pseudoli Plautinæ scenâ etiamnum extat. Tabellas exaratas manu tenet: hâc illecebrâ, velut exitus præsaga, se gloriatur in capti adolescentis animum

ferales amoris flammas pro certo habere quod jam injecerit.

X.

Cap. 7. 100. Spolior, pro Spolio.

Afran. Crimine.

Quos impune depopulatur & *dispoliatur* dedecus.

Fuerit *aispolior* magis in usu recentioribus; unde Gallicum *despoüiller*; *Spolior* certè veteribus eadem in re usurpatum contextus hujus loci, quem in finem ejus autoritas allegatur, & ipsius versûs ratio satis evincunt. Scribendum itaque,

——& *spoliatur* dedecus.

Quemadmodum in Claudio Quadrigario libentiùs *spoliabuntur* simplex verbum legerim, quò aptiùs testimonium ad causam, in qua citatum est, accommodetur.

XI.

Cap. 1. 188. Tintinnire.

Afran. Vopisco.

Tintinnire janitoris impedimenta audio.

Gerardus Vossius probabiliter admodum constituit *Tintinare*; quæ figura verbi hujus derivati Diminutiva est, & inflexio usitata. Festus hoc ipso in versu laudato *Hostiarii* legit pro *Janitoris*: Per tenuem an cum aspiratione proferas, una res est, & usus utrinque obtinuit; nec moror hiatum priscis familiarem. Quod sequitur, eo propendet animus, ut *Impelimenta* pro *Impedimenta* supponam, propter ejusdem Festi autoritatem, qui veteres sic loquutos testatur. Lingualium consonantium inter se commutatione facili, quod atypis & balbis inter loquendum usuvenire, si quando in id genus homines incidimus, experimur: ut Ὀδυσσεὺς Ὄλυσσις, Ulysses; μήδω, μέλω, medeor; Μελετῶ, meditor; δάκρυμα, lacruma; ἄδακρυς, alacris; sedeo, sella; Capitodium, Capitolium; dingua, lingua; odor, oleo; dautia, lautia; sic impedimenta, impelimenta. Marius Victorinus affirmat, Artis l. 1. cap. de Orthographia, magnam antiquitus inter has literas communionem fuisse. Sciendum verò hoc dici, non tam de magnarum clavium in nodum conjectarum collisione, quam de compedum tinnitu. Stabat enim ad fores, aut in cella residebat ostiarius, more majorum, in catenâ.

XII.

XII.

Cap. 2.98. Comest. Afran. Æqualibus.

Iste, ut tu rem narras, *dona* comest hic quotidie.

Legendum *duona*, i.e. bona, Ἀρχαϊκῶς; quomodo *duellum*, bellum; *duellicus*, bellicus; *Duellona*, Bellona; *Duillius*, Billius; *duis*, bis; *duicensus*, bicensus; *duidens*, bidens; denique *duonum*, bonum, quod Festus monuit. Glossæ Philoxeni *Duonus*, Ἀγαθὸς. Proferantur hæc oportet contractè. Lucret. l. 2. v. 960.

Lanigeræ pecudes, & equorum *duellica* proles.

Duis tam Monosyllabum est, quàm Anglicum *twice*. Antiqui hoc modo pronunciarunt. Recentiores dissolverunt, ut Horatius in *duello*. Comedere bona dicitur, ut substantiam, patrimonium, & similia abligurrire. quod est luxuriosè prodigere.

XIII.

Cap. 2. 316. Fallam pro Fallaciam.

Novius, Decumis.

Me non vocavit: ob eam rem hanc feci *fallam*.

Verba sunt Parasiti, qui, cùm ad convivium adhibitus non fuisset, structis insidiis effecit, ut maritum comissantem uxori iratæ sub aspectum objiceret; quomodo Peniculus eandem injuriam ulciscitur in Menæchmis. Sed locus, mendi quamvis manifestus, tamen ipsi Nonio parum suspectus fuisse videtur. Imposuit illi *Falla*, vox nihili, propter affinitatem sensus, & agnominationem. Verum erat, —ob eam rem hanc feci *falam*,

quod & numeri indicant, & loquutionis ratio fortiùs suadet. *Facere falam* recto significatu, turrim erigere ligneam denotat, quæ admœnitur oppido expugnando. Sic infrà, hujusce capitis artic. 35. Ennius.

Defindunt malos: *fiunt* tabulata, *falæq*.

Nihil autem apud Comicos tritius, quàm dolos compositos exprimere per voces à machinis bellicis tralatas. Pari figura in Bacchidibus Plautinis Chrysalus, *doli fabricator*, tanquam Epeus *Nicobulo*, velut Ilio *capiendo* se *equum ligneum* admoliri gloriatur. Hinc etiam *struere*, *fabricari*, *moliri*, *machinari* dolos; in eadem re *pluteos vineasq; agere*, *ballistam*, *catapultam intendere*, usurpatur. Mitto

con-

consimilia, quæ veterum Poetarum, præsertim Comicorum, lector attentus facili negotio per se colliget: elatius enim & apud populum bellatorem in theatris acceptius à re bellica desumuntur imagines, quàm ab aucupio aut venatione, servilibus officiis. Sed quid multis? res ipsa liquet.

Titulus Atellanæ; Novius *Decumis*, alibi *Decumâ*, ter; Pomponius item *Decumâ Fullonis* ter, in hoc ipso libro laudatur. Prænomina, quà maribus, quà feminis, ab *hora natalitia* ferè imposita; quod docet vetus Scholiastes in Juvenalem; Decimus Juvenalis, Decimus Brutus: quanquam Varro testis sit, & ex ipso Victorinus, ab ordine nascendi sic appellatum, qui decimo loco natus; quicquid hujus sit, non magnopere contendo. *Decuma Fullonis*, videtur fuisse mariti nequam uxor iracunda; adeò ut *Decumæ* per Antonomasiam mulieres rixosas designent, malo omine sic dictas, ut quæ decumanis irarum fluctibus facilè exæstuarent. Sic *Quintus* à certa morum proprietate nomen fabulæ dedit apud Cæcilium & Titinium.

XIV.

Novius Colace ter repetitur, Nævius nè semel quidem, Atqui Colacem Nævii fuisse docent MSS. Baillioi. 1.334. Testis omni exceptione major est Terentius Eunuchi Prologo.

Colacem esse Nævi & Iuti veterem fabulam.

Accedit, quòd Novius, probatissimus Atellanarum scriptor, Græcis fabularum titulis non est delectatus. Sed miris modis inter se permiscentur in hoc ipso autore MS. nomina propter similitudinem confusa, vel ambigua; ut Livius (Andronicus), Livius (Annalium conditor,) Lævius (Erotopægnii Iusor.) Attius, Acta. L. Pomponius mimographus, P. Pomponius Secundus Tragicus, (qui duo & in Putschiano vett. Grammaticorum Indice promiscuè conjiciuntur,) Nævius, Novius; in tantum, ut H. Stephanus in unum congestos, in Corpore Poetarum, indiscriminatim ediderit, quos tamen recentior Grammaticorum cura magnam partem discrevit. Ubique igitur hanc fabulam Novio abjudicatam *Nævio* addixerim.

XV.

Contrà *Nævius*, Fullis. Ter habetur editus cap. 2. 31. MSS.

Ova ejus, quod propius scriptum *Novius* legitur.

Cap. 2. 37. Novius, *Ficitores* omnes capiunt ficitatem: mens est sine molestia. Legerim,

Novius, *Fictoribus.*

Omnes capiunt ficitatem: mens est sine molestiâ. *Fictores* Novio mimi nomen, ut Pomponio *Pictores*, *Pistores*, *Piscatores*; eidem ut & Titinio, *Fullones.*

XV.

Cap. 12. 47. Parciter pro Parcè.

Pomponius Verre *Salvete.*

—parciter!

Tanquam frater mihi sis, medium abdomen cùm dividam. Maritus ultor & mœchus pendens alternis inter se verba faciunt. Ita dispunxerim sententiam, & legerim. Pomponius, Verre.

—*Marit. Salve!* *Moech. Obo!* parciter. (dam.

Marit. Tanquam frater mihi sis, medium abdomen cùm divi-

Verre.] Nomen mimi. Verres juvenem mulierosum denotat: is in adulterio deprehensus constringitur atque dispennitur.

Salve!] Eum, cultro admoto, maritus sublimem atque distentum, illusione Sarcasticâ salvere jubet.

Obo! parciter.] Mœchus ad ferri tactum horrens exclamat: deinde, ut leniter secum agat, deprecatur.

Tanquam frater mihi sis.] Aliorsùm accipit maritus: ineſt responso χλευασμὸς manifestus. Amplificat enim doloris sæviriam qui parciter secat, ita ut omne cultri grassantis momentum sectus sentiat.

Medium abdomen cùm dividam.] Medium abdomen dividere, est, marem exsecare. Plaut. Milite glor.

Vide ut istic tibi sit acutus, Cario, culter probè.

Quin jamdudum gestit mœcho *hoc abdomen* adimere.

Pro *dividam* Salmasius *dirigam* substituit, citra necessitatem.

XVII.

Cap. 7. 79. Manducatur pro Manducat.

Pomponius, Pappo Agricolâ.

Nescio *quis* eum urguet, quam Annus, uxorem tuam ita *apertis* oculis *simul* manducatur ac molit.

D2

De homine tenebrione dicit qui lustratur, lureatur, luxuriatur. Legerim,

Nescio *qui Sellam* urguet, quasi Asinus, uxorem tuam

Ita *coopertis* oculis *simitu* manducatur ac molit.

Sellam.] In propriis Nominibus liquida hæc ante vocalem sæpe non exteritur.

Urguet.] Blanditiis, commissationibus, donis sollicitat, & frequenter domum adit. Horat. Carm. I. Od. V.

Quis multâ gracilis te puer in rosâ
Perfusus liquidis *urget* odoribus?

Ita *coopertis oculis.*] Præibat idem Col. Lincoln. Coll. ubi diserte scribitur *cohopertis.*

Simitu.] Ruina versûs ex recepta lectione *simul* quo fulciretur clarè flagitabat. *Simitu* vox priscis bene nota non semel occurrit apud Plautum, reperitur & in Lucilio. Saxonico vocabulo *Samod*, ejusdem significationis, affinis est. Quid verò mirum si Tuscè & Oscè loquatur Atellanarum scriptor, cùm Atella sit Oscorum oppidum?

Notandum est, quòd Atellanarii ridiculas personas in scenam protulerunt, quibus imposuerunt nomina, *Maccos*, aut *Pappos*, item *Sellas* aut *Ilarrubras*. *Ellam* Latinitatis est antiquæ, sed hujus loci esse non arbitror.

XVIII.

Cap. 10 2. Lavit pro Lavat.

Pomponius, Petitore Hærede.

Ita velim facias jampridem: *volo* latrinam lavi.

Sponsore versu legere jusserim *nolo*. *Latrinam lavari* figuratè dictum, quæ est Proverbiorum indoles, valet operam ludi, ita ut insuper malum tibi inde quæratur. Communi enim commotum malè olet.

XIX.

Cap. 8. 4. Pannibus pro Pannis.

Pomponius Maccis Geminis juxta Gothofredum,)

Bono animo es, video, *eripuisti primitus* de pannibus.

Item cap. 10. 13. Es pro Esto. Pompon. Macc. Gem.

Bono animo es, video, *deripi tibi* primiter de pannis.

Adde

Adde cap. 2. 661. Primiter pro Primè, & Primitus pro Primò. Pomponius Maccis Geminis.

Quin bono es, video *eripis primiter dapes.*

Charisius l. 2. Primiter, Pompon. Mac. Gem. prioribus.

Bono animo es, *eripis* primiter.

Ex his inter se collatis, quantum assequor, scripsit Pomponius.

Quin bono animo es; video, erepsti primiter de pannibus.

Alloquutio competere videtur puerperæ, quæ centonibus, in quibus jacuerat, omissis nuper exsurrexerat etiamnum invalida. Quod *erepsti* reposuerim pro *eripuisti* inde est quod secundis personis præteritorum in *xi*, *psi*, vel *si* desinentium accidere soleat hujusmodi Syncope, ut *dixti*, *præscripsti*, *exclus'ti*, in familiari quidem sermone, & maximè inter veteres. In voce *primiter* major Cod. consensus est, & de adverbii figura gravius testimoniorum pondus.

XX.

Cap. 1. 1. Senium est tædium & odium: dictum à Senectute.

Pomponius Præcone posteriore.

——Calve apportas nuncium

Nobis disparem, divitum; huic *seni* senium & metum.

Cod. Linc. *divisim.* ut constet versus, & partitio compareat. Suppleverim,

Nobis disparem *divisim*, huic *senica* senium, & *mihi* metum.

Senica vox Pomponio bis attributa infrà hujusce Cap. art. 59. Pictoribus.

Pappus hic *in* medio habitat, *senica* non sescunciæ.

Item in hac ipsa fabula,

Sed me exercet *senica* nequam; nec; illo quid faciam, scio.

XXI.

Cap. 1. 34. Pomponius, Syris.

Lapathium *nullum* vescebatur, lardum lurcabat lubens.

Elegantiùs MS. Bal. *Nulla* vescebatur *&c.* quemadmodum Terent. ——*Nullus* dixeris. Per Antimeriam nominis pro adverbio negationis.

XXII.

Cap. 1. 71. Particulones dicti sunt cohæredes; quod partes patrimonii sumant.

Pomponius Præcone posteriore.

Age modò *flagari*, particulones producam tibi.

MS. Ball. *flragarri*: ut probabiliter rescribere debeas, Age modò *extra* garri, velut *ante adie*. Quam lectionem confirmat sequentis membri vocabulum *producam*.

XXIII.

Cap. 1. 69. Evannetur. Dictum est ventiletur, vel moveatur, à vannu, in qua legumina ventilantur.

Pomponius, Pannuceatis.

Dixi ego illud futurum in prima valva est vix hæret *misero*
Evannetur, & meâ ocius operâ, ut fiat, fecero.

Imò vocalis, quæ in priori versu extremo: vix hæret potiùs evannetur, ut de amatore paupere dictum sit.

XXIV.

Cap. 4. 421. Stare iterum horrere significat.

Cæcilius Syracusis.

Hic amet, *familia* fame pereant, ager autem flet sentibus.

Aganactesis est. Singula commata vel interrogationis vel exclamationis notâ excitari debent: quin etiam initio secundi Incisi Creticus irrepsit vicem Anapæsti, quod ab hoc metri genere abhorret, quicquid viri quidam docti in diversam partem prolixè dissertaverint. Lego,

Hic amet! familia fame pereant! ager autem flet sentibus!

Pater est familiâs, vix dicitur familiarum. Deinde verbum plurativum apponere singulari nomini quod multitudinem complectitur, ut non est insolens, sic grandius quid & elatius sonat. Vide gravitatem Cæcilii! Verba sunt uxoris malè nuptæ, &, ut auguror, viro graviter offensæ, qui alienis amoribus occupatus rem interim domesticam dilabi sineret. Quinque Anapæstis principalibus cum sonitu decurrit Trochaicum plenum & rotundum, quod animo commoto perquam conveniens est.

XXV.

Cap. 4. 424. Spissum significat tardè.

Turpilius Canephoro.

Ita est; verùm haud facile est venire illi, ubi *spissa* est sapientia
Spissum est iter: adipisci haud possit, nisi cum magnâ miseriâ.

Odio.

Odioſum & ineptum eſt prius ex repetitis exemplis, utpote alieno loco inſultum. *Spiſſam ſapientiam* non magis capio quàm *ſpiſſum hominem*. *Spiſſum iter* aut *gradum* intelligo: item *ſpiſſigradum ſenem*, quales Advocati Pœnuli. 3.1.3. Sic igitur legerim,

Ita eſt: verùm haud facile eſt venire illi, ubi *ſita* eſt ſapientia.

Spiſſum eſt iter: *apiſci* haud poſſit, niſi cum magnâ miſeriâ. Veteres Sapientiam in edito montis faſtigio ſtatuerunt, ad quod ſubeundum per varios anfractus crebro niſu contendere oportebat. Sic Muſas in Parnaſſo ſuo collocatas Poetæ finxerunt. Orbem intelligit Artium liberalium, quò per diſciplinam certis velut gradibus pedetentim aſpiratur, cum meditatione & longo rerum uſu, non ſine abſtinentia à voluptatibus noxiis, & invictâ laborum tolerantia, quod eſt legitimè ſtudere.

Illi Adverbium eſt locale antiquis, ortum à Pronomine ſexti caſus pariter Archaici, Illo, illâ, illo vel *illi*, quemadmodum Illoc, illàc, illoc vel *illic*, planè ut Quo, quâ, quo vel *qui*: ſic die *craſtini*, *priſtini*, *proximi*; die *quarti*, *quinti*, *noni*, ablativis in *o*, *â*, *o* vel *i* deſinentibus.

Apiſci veteribus familiare, præ quo recentiores *adipiſci* optârunt. Verbum eſt commune. Sin *adipiſci* maneat ut in MSS. codd. habetur, neque contrà pugnaverim, uterque verſus erit Iambicus quadratus.

XXVI.

Cap. 2. 119. Copi pro copioſo.

Turpillius Epiclero.

Te quidem omnium jam *pater* copem *cauſarem* facit.

Monſtra ſunt, quæ viri docti in hac ſententia explicanda ſomniarunt; nec ullum inde ſenſum commodum elicere adhuc potuerunt, nedum numeros concinnare. Alter *Caſuarem* facit, tanquam juvenem filium ſenem triſtem & auſterum gerere pater cogeret. Alter *copem cum ſua re facit*, id eſt, hæredem, àddirà nimirum ratione: ſunt enim verba Turpilii in *Epiclero* ſeu *de hæreditate*. Atqui Juriſconſultum non ignobilem latere non potuit *Epiclerum* ſeu *Epiclerum* ſeu *Epiclerum* ſeu

Horat. Nec *dotata* regit virum
Uxor, nec nitido fidit adultero,

Unus ex noſtris MSS. *patri* exhibet. Hanc nobiſcum expendentibus lectionem & fabulæ titulum idemtidem reſpicientibus, denique *cauſarum* vice *cauſarem* ſubſtituentibus, obortus eſt verſu non inconcinno ſenſus ſatis conveniens.

Te quidem omnium jam *patri* copem *cauſarum* facit.

Unica cujuſdam divitis filia ſive à prædonibus capta, ſeu plagio ſubrepta, ſeu ex errore collecta in ſervitutem tranſierat. eam pro ancilla habitam melioris conditionis adoleſcens viſam deperit. Re pater cognitâ filio graviter ſuccenſet. Interea contigit quòd diverſis modis evenire potuit, ut orbus ille dives ad locum directus, ubi filia ſub domini poteſtate ageret, eam ſe natam per certa ſigna reſciſceret, & in libertatem aſſereret. Hanc illi mutuis amoribus implicitam, cùm juvenis multùm metueret nè pater exorari nollet, ut à virginis patre ipſi in uxorem peteret, liberat eum hoc metu ſive ſodalis, ſeu ſervus, quiſquis eſt qui diſſerit, *Amicam quam Dotatam reperiri contigit, omnes illi cauſas apud patrem impetrabiles reddere.* Hoc Epicleri Turpilianæ argumentum videtur. Is loci ſenſus: *omnium cauſarum copem*, omnium rerum, de quibus cum illo ages, facilè compotem.

Cauſa laxiùs hîc ſumitur quàm in Scholis aut Foro, quantum patet Gallicum *choſe*, *Quâ cauſâ*, *quare*.

Jam, quando agnita eſt orbi divitis filia.

XXVII.

Cap. 2. 679. Pauperavit, id eſt, pauperem fecit.

Titinius, Privigno.

Æquum eſt *me habere quos* pauperem ſumtu meo.

Vitioſi numeri; nec ſententia, prout hîc eſt univerſim concepta, jure aliquo nititur. Hæc ſi ſanare poſtules, libb. MSS. melioris notæ non præeuntibus, operam luſeris. Cod. Linc. ſuprà non ſemel laudatus hîc laborantibus ex utrâque parte ſuppetias occurrit. Hujus copiam mihi fecit Vir in primis Reverendus *Tho Marſhal* S. Th. P. magno reconditæ literaturæ damno nuper defunctus, cum plurimo Eccleſiæ & Academiæ totius deſiderio. Effecit autem interventu benigno

benigno ad anteceſſorem ſuum, tunc temporis Coll. Linc. Rectorem, Natalium ſplendore & Eccleſiaſticæ dignitatis faſtigio Illuſtrem juxtà ac Venerabilem Dominum Dunelmenſem hodie Epiſcopum & Comitem Palatinum. In illo Codice ſcriptum repeſtas. Æquum eſt *mehercle eos* pauperem ſumtu meo.

Ipſæ voces Senarium apertè profitentur, & probabilem ſenſum non obſcurè indicant. Privignus patris uxori plus juſto indulgentis, & novercæ ſumtuoſæ vindictam profuſioni ſuæ velum obtendit; quaſi jus ſibi ſit patrimonii citò pereuntis partem etiam ſuam properatim ire perditum, ne ab illis anteverteretur exhæres factus, & inultus periret. Imperitus Librarius *mehercule* compendio ſcriptum cùm notas minùs aſſequeretur, in *me habere* converterat. Deinde cùm ſequentia *me habere eos pauperem* parum inter ſe congruere viſa ſint, ſcribæ acutuli quòd intelligerent Verbum, non Nomen, ſequi debere, Pronomen præpoſitivum in relativum permutârunt; ita error errorem parit, quorum ſecunda eſt ſcientiæ ſpecies obſtetricante audaciâ.

Cap. 8. 6. Quæſi vel quæſtuis pro quæſtus.

Titinius, Fullonibus.

Ni nos texamus nihil eſt, Fullones, vobis *quæſti*.

Qui non ſentit vitium hujus vetſus ejúſque vitii cauſſam, crediderim illi nec aures eſſe, nec digitos. Septenarii talus fulcietur omnino, ſi in *quæſtuis* extremum inſiſtat. Videmus autem in hâc Tabernariâ *Textores Fullonibus* immixtos in ſcenam prodiiſſe, & mutuis dicteriis ſe impetere.

XXVIII.

Cap. 3. 130. Licentia Fem. Maſc.

Laberius in *Paupertatem eo licentiatu:* juxta Dionyſium Gothofredum. Joſias autem Mercerus, Laberius in Paupertate. *Meo licentiatu.* Lege, *Meo licentiatu.* Origo fuit erroris, quòd *Licentiatus* eſſet vox Scholis bene nota: de altero vocabulo ſcioli nè ſuſpicati quidem quicquam, nec ad allegationis cauſam, ut par erat, diligenter reſpexerint, ſed *meo* tanquam verbum temerè arripuerunt, ut illud alterum *eo*. *Paupertas* Laberiana conſimilis argumenti

ti fuiſſe videtur atque eſt *Plutus* Ariſtophanea. Certamen inter *Opulentiam* & *Paupertatem* inſtituitur. Opulentia ſe non tantùm magnificis operibus ſuppeditare gloriatur, ſed etiam ſacrorum licentiam facere, cùm præbeat victimas. Contrà Paupertas, quod magiſtra ſit Arium, nutrix Temperantiæ, cuſtos Valetudinis. Romanorum hinc veterum frugalitas, inde iſtius ſeculi luxus in ſuæ utriſque cauſæ defenſionem adductæ, copioſam dicendi materiam, ſi ſale Comico aſpergerentur, ſubminiſtrare poterant.

XXIX.

Cap. 3. 133. Lanitium, gen. Neut. Virgil.

Si tibi Lanitium cutæ— Femin. Laberius, Paupertate.

Nihil refert *mollem* ex lanitiâ Atticâ

An pecore ex hircorum *veſtigium* geras.

Salmaſ. in Nott. ad Tertullianum de Pallio, *veſtigium* rectè mutat in *veſtitium*, Gothofredus *veſtitum*, malè; numeros enim lædit, ut conſtructioni blandiatur. Sed ſphalma Typographicum puto, non & in priori verſu repoſitum pro *mollem* amotâ lineolâ *mollén'*, ita demum congruet oratio. Sententiam Interrogativè protulerim, ut Opulentiæ competat, hunc in modum.

Nihil refert, *mollen'* ex lanitiâ Atticâ,

An pecore ex hircorum *veſtitium* geras?

XXX.

Cap. 2. 630. Populacia, ut nugalia vel puerilia.

Laberius, latè loquentibus.

——hœdum populacia agimus per ludum.——

Ita Gothofredus; Mercer. ——& dum. Item

Cap. 3. 181. Pluvia ut ſæpe generis fœmin.

Virgil. Georgic. lib. 1.

Tum cornix plenâ pluviam vocat improba voce. Maſculin.

Laberius, *Latè loquente.*

Qui pedem ex tabernâ tulimus, tantus cùm ſtaret pluor.

Variat mimi titulus, utrobique mihi ſuſpectus. Quid ſit *latè regnare* novimus; citiùs tamen *paſſim* quàm *latè loquentibus* apud probatos autores reperias. Magis arridet *Late loquente.* Præierint Laberio in hujuſmodi protaſi Plautus in Prologo Aululariæ, ubi

Lar

Lar omne *familia* arcanum jam inde ab origine repetens inducitur. Item Pomponius, qui Prisciano laudatur in *Lare familiari*, quod habetur suprà. Laberius, *latè loquentibus*, ----*hædum*. Legerim, Laber. *Lare loquenti*.

Vos, hæc dum populacia agimus per ludum,—
Supple, *cognoscite*. Sic cap. 4. 156. Pompon. *Conclavos* olim legebatur pro eo quod nunc habetur.

Pomponius, *Conchâ*,
Vos istic manete: eliminabo extra ædis conjugem.

QUoniam modicum descriptionis discrimen in nominibus antiquis pene similibus denotandis vert. Grammaticorum exscriptores in errorem traxit, unum modò exemplum, mantissæ loco, subjungere libet, quàm latè pateat hac in parte divagandi campus. *Navius* & *Novius* literulis non ita multum abludunt: ætatem si spectas, uterque sanè veteribus poeris accensendi, tamen intercapedine quasi centum & quinquaginta annorum invicem dirimuntur. Nævius enim *bello Punico primo* stipendia fecit, cùm Novius *Sullanæ dictaturæ* propior in scena viguerit.

Carmen de bello Pœnico versibus Saturniis, i. e. Senario cum syllaba, Cn. Nævius scripsit, continente volumini; quod C. Octavius Lampadio in septem libros divisit. *Sueton. de Ill. Gr.*

Tragœdias. Alcestidem. *Varro. Non.* Danaen *Non.* Hesionam. *Gell.* Iphigeniam. *Id.* Leonta. *Id.* Lycurgum. *Non. Prisc.* Protesilaodamiam, *Iid.* Sirenam. *Non.*

Item Comœdias. Acontizomenon. *Charis.* Agidonem. *Varro.* Agitatoriam. *Charis. Fest.* Agrypnuntas. *Non.* Apellam. *Prisc.* Ariolum. *Non. Prisc.* * Assitogialam. *Non.* Aulularium. *Id.* Carbonariam. *Prisc.* Clastidium. *Varro.* Colacem. *Terent. Non.* Corollariam. *Charis.* * Cosmotriam. *Varro. Diomed.* Dementes. *Diom.* Demetrium. *Varro.* Diobolariam. *Fulgent.* Equum Trojanum. *Macrob.* * Erulariam. *Non.* Figulum. *Charis.* Fretum. *Varro.* Glaucomam.

comam. *Priſc.* Gymnaſticon. *Non.* Ithyphallum. *Gell.* Lampadionem. *Varro.* Ludum. *Cic.* Lupum. *Feſt.* * Paceuum. *Non.* Pellicem. *Id.* Perſonatam. *Feſt.* Philemporon. *Fulgent.* Projectum *Diom.* Quadrigeminos. *Non.* Romulum. *Varro.* Sanniones. *Non.* Stalagmum. *Donat. in Ter.* Stigmatiam. *Varro.* Tarentillam. *Chariſ. Feſt.* Teſticulariam. *Priſc.* Tribacelum. *Donat. in Ter.* Tunicolariam. *Feſt.*

Scripſit & Satyram. *Feſt.* Item Epicum carmen. Iliada, vel Iliada Cypriam. *Chariſ. Priſc.* Luſerit & Erotopægnion. ſi *Nonio* fides.

Contrà L. Novium Grammatici laudant. Agricolâ. *Non.* Aſinio. *Id.* Bubulco cerdone. *Id.* Bucolo. *Id.* Decumâ ſullonis. *Id.* Decumis. *Id.* * Depticis. *Id.* duob. Doſſennis. *Feſt.* Dotatâ. *Non.* Equuleo. *Priſc.* * Eriſace. *Non.* Exodio. *Id.* Ficitoribus. *Id.* Filonico. *Id.* Fullonib. vel fullonib. feriatis. *Tertull. de Pall.* *Non.* Gallinariâ. *Non.* Geminis. *Non. Priſc.* Hetærâ. *Id.* * Ligartacâ. *Gell.* Lignariâ. *Gell. Priſc.* Macco. *Non.* Macco copone. *Id.* Macco exule. *Id.* Malevolis. *Id.* Mœviâ medicâ. *Id.* Militib. Pometinenſib. *Id.* Mortis & vitæ judicio. *Id.* Optione. *Id.* Pappo præterito. *Id.* Parco. *Gell.* *Non.* Paullo. *Non.* Pedio. *Id.* Phœniſſis. *Feſt.* Pico. *Id.* Præcone poſteriore. *Non.* Pullis eſcam, vel Pullis. *Id.* Quæſtione. *Id.* Surdo. *Feſt.* Tabellariâ. *Non.* Togulariâ. *Feſt.* Triperdiâ. *Non.* Vindemiatoribus. *Id.* Virgine prægnante. *Id.* Zorâ. *Id.* Titulis ſuſpectis alteriſcum appoſuimus.

Tantùm cùm inter ſe diſtent nihilominus ambos in unum Nævium conflatos videas in *Corpore*, quod dicitur, *Poetarum Latinorum*. Nos quidem pro captu noſtro, autorum optimæ notæ teſtimoniis nixi, limitibus his regundis æquiſſimos præbuimus finitores. Cæterùm, quæ reſtant, dies, MSS. plures & meliores Codd. à Cenſoribus, ſiquis tanti crediderit, diligenter collati clariùs in lucem proferre poterunt.

FINIS.

Animadversiones NONIANÆ.

M. Tullii Ciceronis Fragmentum redditur integrum.
Varronis loco lineamenta confusa separantur.
In Miscellaneis, Comicorum Vita compendiosè, & Operum Catalogus. Singulis interseruntur emendationes adjectaneæ.
Scriptura vetus in Accus. tertiæ inflexionis pluralibus fusè astruitur. Item in aliis brevius.
De *Fulgentii Planciadis* æquali *Chalcidio* Grammatico Nota veteris MS. margini adscripta.

Exercitatio III.

Authore CHRISTOPH. WASE, Jur. Civ. in Univ. *OXON.* Bed. sup.

OXONII,
Excudebat *L. Lichfield*, Academiæ Typographus. 1685.

Animadversiones
NONIANÆ.

Exercitationis III. Articulus, 31. Cicero, 32. Varro *castigati*. 33. *Addenda quædam prius observatis*. 34. *Scripturæ ratio Veteribus usitata in nonnullis partim ostenditur, partim corrupta redintegratur*. 35. *De* Fabio Fulgentio Planciade *strictim*.

XXXI.

CAP. 12, 13. Imbuere. M. Tullius de Rep. l. 5. Quæ quum Scipio dixisset, admodum probans *Nummius, erat enim* odio *quorum* Rhetorum imbutus. Nonius MS. C.C.C. admodum probans Nummius, erat enim odio *quarum doctorum* imbutus. Suprà *doctorum* interseribatur *Rhetorum*. M.S.C. Balliol. longiùs abit à vero: Admodum probans Nummius erat odio *quorum rerum* imbutus. Missis ambagibus lego, erat enim odio Græcorum Rhetorum imbutus, nec tamen displiceo illud prius *doctorum*; ut in 2. de Oratore, Nec enim nobis opus est *Græco* aliquo *Doctore*. in 1. *Græci* dicendi artifices & *doctores*. Quod *quorum* scribitur, exciderat nota compendiaria quæ syllabam *gre* denotat. nec movear quenquam scriptura *qu* pro *c* substituta consimilis soni. Veteres enim scribæ scriptionem hujusmodi non rarò promiscuè usurpant supra, hoc ipso in libro *Rheteriquarum* & *Reciprqua*. in aliis item autoribus M. S. *Quoqui, loquui, aliquande, qur.* & in vett. monumentis nonnunquam. Pronomen interim hoc, ut existimabatur, Relativum, cùm minimè in promptu esset, quo referri deberet, Rob. Stephanus & eum deinceps insequuti, quotquot Ciceronem cum Fragmentis ediderunt, voculam *quorum* è textu temerè ejiciunt. Sub alienis personis passim Cicero Græcis Romanos præponit; imprimis autem Artis Rhetoricæ magistris obtrectat. Sub ea maximè tempora Macedoniâ, Corintho, Achaiâ devictis, Græci complures exules (quod facilè credas) egestate compulsi Romæ ludos literarios

rios aperuerunt. Non tulit hoc populi victoris faſtus; diſciplinam, inſtituta, morem denique maiorum retinere ſanctius & auguſtius viſum. hinc Rhetores & Philoſophi SC. urbe pulſi. Hanc iſtius ſæculi indolem de Plauto, Pomponio, Nævio æſtimare eſt, apud quos autores Philoſophandi & Rhetoricandi vox culpæ ſemper affinis eſt. Quid quod ipſe Scipio, quamvis Græcis artibus intus & in ſinu addictior, tamen nequid de ſumma dignitate remitteret, ubi res tulit, de earum profeſſoribus contemnificè loqui, rebus & partibus Græcorum palam adverſari; æqualibus ſuæ civitatis principibus accedere. Conveniebat interim ejuſmodi perſonam inducere literarum & artium Græcarum non uſquequaque rudem, ut is eſſet, qui cognoſceret, quod repudiaret. Huc fortaſſis revocandæ ſunt, quæ Ruffinus in lib. de Compoſitione & metris Oratorum ſignificat. *Idem Cicero in dialogis de Rep. multa dicit, referens Aſianos Oratores ditrochæo clauſulas terminare.* Malè audiebat ante Ciceronem natum iſtis ipſis temporibus, in quæ conjicit horum Colloquiorum ordinem, Aſiaticorum Oratorum linguæ volubilitas. Novius Gallinariâ. O peſtifera *Pontica*, fera, trux, tolutiloquentria! quod habetur ſuprà Cap. 1. Art. 4. ut nihil neceſſe ſit Gulielmio aſſentiri *fontica* reſcribenti, quamvis ei Mercerus accedat. Quinetiam *Attici* auribus diſplicuerunt ex *Cariâ*, *Myſiâ*, *aut Phrygiâ* Oratores. Non deerunt fortaſſe quibus mirum videbitur, quomodo conveniat, ut quæſtio, de conſtituendâ & æquis legibus adminiſtrandâ civitate, inſtituta, demum in umbraticas ludi literarii argutias deferatur, adeo ut de clauſularum bellè cadentium momentis expendendis, velut per otium ediſſerat. An quia dicendi artifex & vetus, quam factitavit, artem omnium ubique autibus inculcavit? ferri poterat in Rhetoricis: ſed quid ad civilem diſquiſitionem numeri Oratorii? Cur in hujuſmodi minutiis aut multus fuerit, aut eas omnino attigerit, ut defendam, non magnodere laboro: tamen incidere poterat quæſtio, *An Rhetores ſint omnino Reip. utiles?* Dubitationi locum feciſſe videatur ſeditioſus Tib. & C. Gracchorum, diſertiſſimorum hominum, Tribunatus. nec eo magis civitatem ſuam foro, roſtris, ſubſelliis, curiâ carere voluit. Quis ille Nummius vel Numius fuit, qui Scipionis orationem probaſſe dicitur,

tur, mihi in incerto est: nisi forte Mucius scribendus sit, interfuit enim illis colloquiis Scævola. potuit etiam interesse Sp. Mummius Africani minoris æqualis & perfamiliaris, quod ex Ciceronis Lælio intelligas.

Cap. 5. Siccum. Cic. Acad. lib. 2. alius *lentibus*, alius ægris. Legendum. alius valentibus, alius ægris.

Cap. 7. Cicero ad Calvum. Præsentit animus & augurat quodammodo, quæ futura sit *suavitas*. Lege, sævitas. Loquitur, ut aliàs in Epistolis, de belli civilis eventu, si Pompeius victor evaderet.

XXXII.

Cap. 17. 1. Sparagos. Varro. Virgulâ divinâ. Oleum in lucubrationem serviamus', quàm in sparagos totum *legitume vertamus*. Adagium vetus Romani hominis, oleum oletibus guttatim invergentis: cui contrarium illud Persii,

—nunc, nunc impensius unge,
Unge puer cauler. Postremas voces refingere oportet,
—quàm in sparagos totum *legitum evertamus*. Legitum, lecithum, & lecythus dubii generis à Λήκυθος. *Lecythum* autem *everiere* extremam olei profusionem festivè designat.

Serviamus. An quod antiqui homines *servare* in usus, & *servire* confuderint? Rusticos potius & deparcos senes imitatum Varronem crediderim, quàm ut consentientium MSS. fidem convellere aggrediar. hinc agrestes etiam barbari dicti propter crebros solœcismos.

Sparagos. Aphæresis frequens pro *Asparagos*. sic ἀσπάλαθος, σπάλαθος. ἀσπάλαξ, σπάλαξ. etiam *Spania* pro *Hispania*.

Legitum pro *lecythum*. Ipse Cicero in Oratore agnoscit majores ita loquutos, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur. item *Otones*, *Matones* seculi, quod tum agebat auribus probari. fœque *Kartaginem*, *Cetegum* aliquando proferre solitum, donec urbanæ consuetudinis convicio ductus, usum loquendi populo concesserit, scientiam sibi reservarit. quinetiam *c* in *g* facile transiit, ut & υ Græcum in *i*, quomodo φῦλα fio.

Cap.

Cap. 1. 76. Cernuus. Dicitur propriè inclinatus quasi quòd terram cernat. Varro de vita P. R. Etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrebant. à quo ille versus vetus est in carminib.

Sibi Pastores ludos faciunt coriis Consualia.

MS. *Ibi*. verius. In pellibus nempe bubulis oleo perfusis. quomodo Athenienses in honorem Bacchi Ἀσκώλια celebrabant, per utres unctos ordine positos uno pede in theatro salientes. haud dissimilibus ludis sua Romani Consualia agitabant in Circo ad aram Consi. Vel *ibi*, id est, eo tempore. Quod laudat hunc versum ex Carminibus. *Carmina*, intellige, *antiqua*. Cap. 2. Varro de vita P. R. lib. 2. In conviviis pueri modesti ut cantarent *carmina antiqua*, in quibus laudis erant majorum, & assâ voce & cum tibicine. Nec multum abludit Cic. Tusculan. 4 gravissimus autor in Originib. dixit Cato morem apud majores epularum hunc fuisse, ut dcinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. ex quo perspicuum est & cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis & carmina. Versus hic septenarius respicit morem majorum & institutum rudis & pastoritii populi. ejusdem moris velut jam desiti longâ desuetudine, meminit idem in 1°. Tuscul. Quanquam est in Originibus solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.

Cap. 1. 113. Compedes. Varro. Prometheo liberato. neque inimicum Orco *immittere*. MS. *dimittere*, lego, *demittere*. Horatius, [illegible] demiserit Orco. Hom. — ἄϊδι προΐαψεν.

Cap. 1. Edones, & Phagones. ab edacitate; unum Latinum, aliud Græcum. Varro. παρὰ Μενίσκῳ ἢ ἀναλάντοιμος. Mercerus novissima planè recidit, velut interpretamentum supervacaneum. Malim restituere, ἢ ἀπολαυστικός. nam in id genus homines invehitur Satyra.

XXXIII.

Cæterùm observationes ex Nonio, vel quæ huc spectant, undecunque

cunque decerpere libet; sed paueis & mixtim.

Cap. 1. 1. Noster Maro *diei* partes primas, quasi ejus ætatem puberem, meliorem dixit. 9. lib.

Nunc adeo *melior* quoniam *pars* acta diei.

MSS. Maro *diem partiens* partes primas. Tota verò nota frigidior est, & vett. Grammaticorum nimiam subtilitatem resipit. *Melior* enim *pars* nihil amplius quàm *major pars* vel *majuscula* sonat. ut *bona pars* est *bene magna pars* hominum.

Cap. 1. 262. Ut *ab aspectu* species. MS. ut *a spectu* species. rectiùs. licèt enim *specio* sit verbum melioris ævi scriptoribus inusitatum.: Grammatici nihilominus Analogiam respiciunt.

Cap. 2. 70. Melos *alterum* in cantibus. Melos *autem* in cantibus, Sed hæc leviora.

Cæcilius Statius, Ennii æqualis, Comœdiarum scriptor, laudatur ab his in fabb. Æschrione. *Fest.* Amphitruone. *Non.* Andria. *Id.* Androgyno. *Fest.* * Apollumenis. *Non.* Ariolo. *Fest.* Asoto. *Non.* *Calchis. *Id.* Carine. *Fest.* Chrysio. *Gell.* Crarino. *Prisc. Fest.* Dardano. *Non.* Davo. *Fest.* * Demandatis. *Non.* Emporo. *Id.* Epiclero. *Prisc.* Epinausimache. *Prisc. Non.* Epistolâ. *Prisc.* Eratosthene. *Don.* Exule. *Non.* Fallaciâ. *Id.* Feneratore vel Obolostate. *Id.* Filumenâ. *Id.* Gamo. *Fest.* Harpazomene. *Charis. Don. Non.* Hephæstione. *Non. Cic. de senect.* Hymride. *Charis. Fest. Non. Cic. de finib boni & mali.* Hypobolimæo Æschino. *Gell. Non.* Hypobolimæo Chærestrato. *Fest.* Hypobolimæâ Rastrariâ *Non.* Meretrice vel Moletrice. *Id.* Melæne. *Fulgent.* Nauclero vel Peritore. *Non.* Notho Nicasione. *Id.* Pausintcho. *Id.* Peribæâ Rastrariâ. *Id.* Plocio. *Cic de senect. Gell.* * Progamo. *Non.* Pugile. *Fest.* Subditivo vel Hypobolimæo. *Gell. Non.* Symbolo. *Non.* Synaristosis. *Gell. Non.* Synephebis. *Cic. de nat. Deor. Id. de senect. Non.* Titthe. *Id.* Triumpho. *Gell. Fest.* Venatore. *Non.* Umbris vel Diomedein umbris. *Non. Priscian.*

De Cæcilianis. Cap. 2. 609. Fallaciâ.

Officulatim Parmenonem de viâ *liceat*, legant.

C. Ball. MS. *licet.* quod & rectum, quasi dicat, per me licet, do illis licentiam.

Id.

Id. Ibid.

Niſi quidem qui ſe malit pugnitus peſſundari.

Suppleo. *Niſi* quidem *ſi* qui ſe malit pugnitus peſſundari.

Verba videntur ſervi currentis in via. Conſtructio hæc vett. perquam familiaris à librariis novitiis, quod ex Terentiis MSS melioris notæ deprehendimus, non rarò fraudem paſſa eſt.

Cap. 3. 176. Paupertas gen. Fem. Neutro. Cæcil. Plocio.

Ibo ad forum, & *pauperi* tutelam geram.

Audacter lege. Pauperio tutelam, quam ſe geſturum promittit; ut habetur hodie, *pauperi*, cave intelligas de egentibus tuendis, quo minùs iniquo judicio circumveniantur. Longè alia res eſt. In palliata Comœdia ſenes notantur quòd judicia frequentarent, non tam juſtitiæ quam quæſtûs gratiâ, neque enim publico vacabant cives Attici ſine omni honorario. Mercedula rei familiaris neglectæ fuit triobolum. Pauxillulum hunc nummum, ut erant deparci & propriarum facultatum diſſimulatores, parvi non fecerunt. Athenienſes paſſim apud Ariſtophanem taxantur ceu populus litigioſus, & tribules judiciorum, adeóque lucelli inde orti præter modum appetentes. Hic igitur ſenex de ſuâ ipſius paupertate ſublevandâ verbum hoc loco facere videtur

Cap. 2. 159. Id. Peribœâ Raſtrariâ.

Ære obſcuro hercle deſinam, mane cœpiam.

Mercerus, *deſine*, neſcio quibus autoribus. ita potius legerim.

Aere obſcuro hercle deſinam *ſi* mane cœpiam.

Agellum ſibi occandum aut ſarriendum conducere poſtulat. de mercede verba fiunt. Fundi dominus paucarum horarum opus eſſe affirmat. illa contrà juſtam unius diei operam fore contendit. Peribœa videtur Hipponoi, viri nobilis filia, cui, ab Hippoſtrato vel Oeneo vitiatæ, cùm patrio aſpectu interdiceretur, ad raſtros res rediit. Quod ad *Peribœam*, Mercerus eam vocem planè ejecit. *Hypobolimæa Raſtraria* uni omnia ſubjicit. Nobis contrà videtur pleraque omnia titulo illi ſubiecta *Peribœa* vindicari debere. Primò lemma ipſum quid ſibi velit minùs aſſequor. Meretricum malitiam ex Comœdiis intelligere eſt. *Subditivum Æſchinum* Ruſtici locupletis filio, aut *Chæreſtratum* ſtolido militi non adeo miror.

Puella

Puella verò *pauperina* mulieri cur *ſubdatur* alii videtint. Deindè Cap. 10. 9. Cod. MS. Ball. *Perbaſtria.* quod propiùs accedit Peribœam raſtrariam. Item Cap. 2. 604.

Obſorduit jam hac in me arumna miſeriâ.

Ut & Cap. 1. 186. *Rabere ſe ait.* Tragicum quiddam ſonat; neq; competit niſi altè cadentibus. Sed hæc de *Raſtrariis* hactenus. *Suppoſitionem pueri* luculentam exhibet Truculentus Plautina: quod fuerit uſitata fabularum materia diſcas ex Epilogo Capteivorum.

Cap. 2. 215. Id. Syracuſis.

Tanta huic invaſit in corda indulcitas. Mercerus,

Tantán' invaſit in cor Davi dulcitas,

quomodo capitis minuitur verſus. Potiùs. Tanta hinc——

Cap. 2. 380. Gravidavit. implevit. Cæcil. Titthe.

Per myſteria hic *inhoneſtè* gravidavit probro.

Codd. MSS. Lincoln. Ball. & Coll. Corp. *honeſtè.* nec ſatis cauſæ video cur mutetur. *honeſtè* valet ἐυλάβως, ἐυπρεπῶς. *Per* myſteria, non modò tempus aut occaſionem, ſed etiam colorem ſignificat. Sueton. *per legationem* amovit. ſic *per amicitiam* fallere, *per fidem* circumvenire dicitur: exemplis parco, paſſim occurrunt. Plus habet hoc indignitatis, quod prætextu religionis inſidias virgini ſtruxerit. Sacris gentium comiſſationes & infandas libidines adhæſiſſe, non ſolùm S. Scriptura monet, & primitivi Eccleſiæ Patres variis teſtimoniis in medium allatis confirmant; ipſos Poetas habemus reos confeſſos. Novius. Virgine prægnante. ---quanto ego

Plus ſapivi qui fullonem compreſſi Quinquatribus?

Plaut. Aulul. 4. 10. 64, 65.

Ego me injuriam feciſſe filiæ fateor tuæ

Cereris vigiliis per vinum atque impulſu adoleſcentiæ.

Sed de his impræſentiarum ſatis. Ipſe Cæcilius anno poſt Ennium diem obiit. Huic Volcatius Sedigitus principatum inter Comicos dat. ſed alius alio genere præcelluit. hic in patheſin, Terentius in etheſin. hic vehemens, ille lenis. huic argumentorum artificium, illi orationis puritas. Cicero malum autorem Latinitatis appellat. ut in foro conceſſerim; eſt enim novator verborum, à quo forenſis conſuetudo maximè abhorret. ſed ſcena delectatur inſolentiùs dictis:

ctis: ut in Harpazomene. ——quid tibi *anapatio* eſt *Argumentum*? aut de meo amore *verbificatio* eſt patri? Deſinam in illud Cæcilianum. Symmachi Epiſtolar. 9. 114.

Homo homini Deus eſt, ſi ſuum officium ſciat.

Cæcilius aliquando confunditur cum Cælio Antipatro Sidonio. Ut autem Cæcilium Statium Terentius citò conſequutus eſt, quippe quorum utriuſque fabulas quaſdam novas idem L. Ambivius Turpio Comœdus egerit; ita Terentium brevi excepit L. Afranius. Scripſit Togatas. Laudant eum Grammatici in his fabulis.

Abductâ. *Feſt. Non.* Æqualibus. *Chariſ. Non.* Auctione. *Id.* Auguribus. *Id.* Brundiſinis. *Id. Chariſ. Feſt. Priſc.* Buccone adoptato. *Non.* Cinerario. *Chariſ. Non. Priſc.* Compitalibus. *Sueton. Macrob. Caſſiodor. Non. Priſc.* Conſobrinis. *Gell. Feſt. Chariſ.* Crimine. *Non.* Deditione. *Chariſ.* Depoſito. *Non.* Divortio. *Non.* Emancipato. *Chariſ. Feſt. Non. Priſc.* Epiſtolâ. *Feſt. Non.* Excepto. *Non.* Fratriis. *Non. Priſc.* Homine. *Non. Priſc.* * Idâ. *Feſt.* Incendio. *Non. Priſc.* Inimicis. *Non.* Liberto. *Id.* Marito. *Id.* Materteris. *Chariſ. Non.* Megalenſibus. *Non.* Nomine. *Gell. Macrob.* Obloſtate. *Feſt.* Pantaleonte. *Chariſ.* Patellâ. *Priſc. ex Aruntio.* Pompâ. *Chariſ. Non.* Privigno vel Privignâ. *Feſt. Non.* Prodigo. *Non.* Prodito. *Feſt. Priſc.* Promo. *Feſt. Non.* Purgamento. *Non.* Repudiato. *Chariſ. Feſt. Non.* Roſâ. *Non. Iſidor.* Sellâ. *Gell. Macrob.* Simulante. *Donat. Non.* Sororibus. *Chariſ. Non.* Suſpectâ. *Feſt. Priſc. Non.* Talione. *Chariſ. Priſc.* Temerario. *Chariſ.* Thaide. *Auſon. Non.* Virgine. *Macrob. Feſtus. Non.* Vopiſco. *Non.*

Mihi in dubio eſt utrum *Homine* non coincidat cum *Nomine*, qui titulus eſt genuinus. Filius ſumptuoſus à duro patre arctè contentéque habitus nomen aliquod avertit. Item dubitari poterit annon *Prodito* ſit eadem Fabula cum *Prodigo*, adeóque cum *Epiſtolâ*, cùm Euthycles Comicus ſcripſit Ἐπιστολὴ ἢ Ἄσωτον. Quæratur utrum in *Pantaleonte* deſignetur is quem Cn. Nævius Piſatilem tyrannum appellat utpote Piſis oriundum. Afranianis quædam addenda.

Cap. 1. 118. Merenda.

——merendam occurro. Cod. Ball. merennam opto.

Meren-

Merenda, merenna, ut diſtendo diſtenno, diſpendo diſpenno. vice versâ, grunnio, grundio. Ecthlipſis negligitur ex veterum poetarum licentiâ.

Cap. 1. 44. Serius. Afranius Privigno.

Non ego te novi triſtem ſervum ſerium?

Cod. Ball. -----triſtem, *ſævum*, ſerium. rectè. quod ibi dicitur M. Afranius neminem moveat. Lacuna eſt oſcitantis ſcribæ culpâ. M. Ciceronis locum adducere parabat. teſtimonium fugitivum ſi conquiras cap. 4. 455. reprehendes, quo etiam traducas hoc noſtrum. nam utrobique dormitatum eſt.

Cap. 4. 333. Olim. Afran. Suſpectâ.

Non amatorem, olim defenſorem *per* eum volet.

Lege. N*unc* amatorem, olim defenſorem *parere* eum volet. Amicos parere eleganter dici, ut & bona, victoriam, & ejuſmodi reliqua quiſquis ignorat, in optimo quoque Latinæ linguæ autore plane hoſpes ſit oportet.

Cap. 6. 106. & 10. 2. Ibid.

Vident lavere lacrumis me tuum collum, pater?

Mercerus. Vidén' *tu*. ſed pronomen ab ſe rejicit Senarius abundantior. quid quod viden' in monoſyllabum contrahitur, excluſo, ut opinor, *d*. quod ſpatium in Plauto ſemper occupat. Sed hoc fuſiùs evincere non eſt hujus loci.

Notandum in Indice Fabularum Nævii, quamvis recenſeantur Alceſtis, Protefilaodamia, & Erotopægnion, tamen à viris doctis Lævio aſſeruntur. quomodo quæ ſub Livii nomine veniunt. Centauri. *Feſt.* Hermiona. N*on. MS. Ball.* de Erotopægnio. *Priſc.* Livio. N*on.* Pacuvio. ſed *Apuleius* Lævio attribuit, & Trimeter verſus in priori & poſtremo ſatis præſtat aſſertoribus. Novius, ubi laudatur Pedio, debuit Pædio ſcribi, cùm complures Græcorum Comœdiæ Παιδὸς nomine inſcribantur, quod eruditiſſimus Caſaubonus in Nott. ad Athenæum nos docuit.

Nævianum hoc. Cap. 3. 198. Socrus & maſculino genere veteres dici poſſe potuerunt.

Nævius *Pellico*.

Deſine *ſoceri* tuo, fratri, *patrui* meo.

N. *Pellice.*

Lege. Define *ſocre* tuo fratri, *patrueli* meo.

Illud Novianum. Cap. 3. 120. Præcone poſteriore,

Ergo deditâ operâ te, pater, ſolum foras
Seduxi, ut nequis eſſet teſtis tertius
Præter nos, tibi quum tunderem labias lubens.

Offenditur in limine. legendum *Ego.* Cur autem, quæſo, tam diligenter removet arbitros? pudebat, credo. facinus igitur impium ab oculis hominum ſaltem abſcondit. Minimè verò. facit hoc totum ne multam committat in Legem Mæniam.

Non. Cap. 2. 785. Sugillare, *obcludere.* Varro *Geminâ.* Centrà Lex Mænia eſt in pietate, ne filii patribus, luci claro, ſugillent oculos. Nequaquam hìc video ſatis cauſæ cur docti viri prælerint Mercero in ſupponendo, pro *Geminâ*, *Legem Mæniam.* quaſi verò Legis Mæniæ mentionem in Satyrâ diverſi tituli Varro facere non potuerit, utut ſæpius alibi in Satyrâ iſto nomine inſcriptâ citetur. *obcludere*, ut in textu, aſſumit *oculos.* Græcè ὑπωπιάζειν. atrocius eſt *excludere.*

Suppar Terentii fuit Sext. Turpilius Comicus. Laudatur in fabb. Boethuntibus. *Non.* Canephoro. *Id.* Demetrio. *Diom. Non.* Demiurgo. *Cic. Non.* Epiclero. *Non. Priſc.* Hetæriâ. *Non.* Lemniis. *Id.* Leucadiâ vel Fugitivis. *Cic. Non.* Lindiâ. *Non. Priſc.* Paraterufâ. *Iid.* Pædio. *Non.* Philopatro. *Id.* Veliterrâ. *Serr. Non. Iſidor.*

Turpilius Demetrio.

— at etiam ineptus meus mihi eſt iratus pater,
Quod ſe talento argenti tetigi veteri exemplo *amantis.*

Lege *amantium.* complebis octonarium. & loquutio erit Latina. non enim uſitatum eſt Romanis nomen ſingulare per Enallagen numeri pro plurali ponere. Verba videntur Cliniæ à Demetrio objurgati.

Cap. 4. 271. Id. Epiclero.

Quam legere te optimum eſſet atque æquiſſimum
Quæcum ætas degenda & vivendum eſſet tibi.

Mercerus, ut erat ſubacto in his literis judicio, ſpecioſæ MSS.

Codd.

Codd. lectioni, ſed re & numeris diſcrepanti, *etas vigenda*, præponit ex conjectura rectam illam & ſimplicem *etas degenda*. ſed *quam* in *eam* cùm mutat, propiùs à ſcripto abeſt ſi *quum* potius legas. deinde in cap. ſequentis verſus multum intereſt *quacum* legas an *quicum* præeuntibus MSS. ſunt enim verba ad Dotatam facta: Parentes imponunt tibi neceſſitatem illorum arbitratu nubendi, quum melius æquius eſſet te vitæ tuæ tibi conſortem deligere.

Cap. 1. 83. Id. Philopatro.

Cùm te ſalvum video, ut volui, *gliſco* gaudio.

Conſtanter *gliſcor* exhibent MSS. Ball. & Linc.

Cap. 4. 232. Id. Ibid.

—Non invitat pluſculum ſeſe, ut ſolet. Lege,

Num invitavit pluſculum hic ſeſe ut ſolet?

Obiit Sinueſſæ admodum ſenex eodem anno quo Lucilius; cùm M. Tullius Cicero tertium ætatis annum ageret.

Lucilii Fragmenta Franciſcus Douſa Jani F. accuratè collegit, iſtis diſpoſitiſque notas addidit breves & exquiſitas. ſed liber in omnium manibus non habetur. nihil illius diligentiam fugit quod de tanto viro dici potuit. Grammaticos, Rhetoras, Hiſtoricos, Poetas, Philologos, etiam veteres Eccleſiæ Patres, quicquid humani, quicquid vetuſti eſt, ſtudiosè evolvit. Natum Sueſſæ Aurunçorum Sp. Poſtumio Albino, L. Calpurnio Piſone Coſs. bello Punico 3. ſub P. Scip. Africano minore ad Numantiam meruiſſe: cujus & vitam privatam ſcripſerit. amicis uſum hoc ipſo Scipione, C. Lælio, M. Licinio Craſſo, Sp. Albino, L. Ælio Stilone, Q. Vettio, Archelao, P. Philocomo, Lælio Decimo, Q. Granio præcone. nominatim inſectatum fuiſſe P. Rutilium Lupum, Mutium Scævolam, Tit. Albutium, Qu. Cæcilium Metellum, Torquatum, M. Carbonem, L. Tubulum, P. Gallonium, C. Caſſium, L. Cottam, Claud. Aſellum, Qu. Opimium, Nomentanum, C. Cælium Indicem, Trebellium, P. Pavium Tuditanum, alios; etiam Poetas mortuos. amaſſe Collyram, ejúſque nomine 16. Satyr. inſcripſiſſe. ſervo Metrophani Epitaphium condidiſſe. habitâſſe Romæ in domo Antiochi regis filii obſidi publicè ædificatâ. Neapoli mortuum, ac publico funere elatum. Hæc ille. De ſcriptis autem addit. Satyrarum

rum libb. 30. reſiquiſſe, 20. priores item trigeſimum Hexametris verſibus, interjectos novem Iambico vel Trochaico metro compoſitos. de Comœdia an ejuſdem ſit. Serranum ex lacuna ſuſpicatur à Varrone divulſum. Hymnos etiam ex eodem errore quem ſupra attulimus imprudentes. nec igitur carebit Epodis.

L. Pomponius Bononienſis, quo tempore Tullius virilem togam ſumeret inclaruit. Hodieque citant in his Fabulis.

Adelphis, *Non.* Æditumo. *Gell. Non.* Agamemnone ſuppoſito. *Non.* Aleonibus. *Id.* Anulo poſteriore. *Id.* Aruſpice. *Id.* Aſinariâ. *Id.* Atreo. *Id.* Augure. *Id.* Buccone adoptato. *Id.* Buccone auctorato. *Chariſ.* Citharistâ. *Non. Priſc.* Campanis. *Non.* Capellâ. *Chariſ.* Cœnâ. *Chariſ.* Collegio. *Non.* Conchâ. *Id.* Cretulâ vel Petitore Hærede. *Id.* Decumâ fullonis. *Non. Feſtus.* Decumis. *Non.* * Dogali. *Id.* Dotatâ. *Id.* Ergaſtulo. *Id.* Fullonibus. *Id.* Gallis Tranſalpinis. *Gell. Macrob. Non.* Hirneâ Pappi. *Non.* Kalendis Martiis. *Macrob.* Lare familiari. *Priſc.* Lenone. *Chariſ.* Maccis geminis. *Non.* Maccis geminis prioribus. *Chariſ.* Macco. *Non.* Macco milite. *Chariſ.* Macco ſequeſtre. *Non.* Mœviâ. *Gell. Macrob.* Maiali. *Non.* Medico. *Id.* Mundâ. *Id.* Nuptiis. *Id.* Pannuceatis. *Id.* Panſâ Pappi. al. Sponſâ Pappi. *Id.* Pappo Agricolâ. *Id.* Pappo præterito. *Id.* Partis. *Id.* Patruo. *Id.* Philoſophiâ. *Id.* Pictoribus. *Id.* Piſcatoribus. *Id.* Piſtore. *Id.* Pinthone Gorgonio. *Id.* Placentâ. *Id.* Porcariâ vel Porcetrâ. *Id.* Porto. *Id.* Præcone poſteriore. *Id.* Præfecto morum. *Id.* Proſtibulo. *Id.* Quinquatribus. *Id.* Ruſtico. *Id.* Sarculariâ. *Id.* Satyrâ. *Priſc.* Synephebis. *Chariſ.* Syris. *Non.* Vaccâ vel Marſupio. *Priſc.* Vernionibus. *Non.* Verre ægroto. *Id.* * de Vite. *Id.*

Epigrammata ſcripſiſſe teſtatur Varro de L. L. quod MS. præferunt de Ariſtâ. Mercerus legit *Citharistâ.* Salmaſius maluit *Hetariſcâ*, ut ſit eadem cum Proſtibulo fabula.

Cap. 2. 213. Pompon. Adelph.

Luſi. Cùm ſententia tum numeri poſcunt *Luſimus.* Extrema verſuum detrimento vel exceſſui magis ſunt obnoxia. Id. Aleonib,

Aleo ludam ſane meæ male *olant* manus.

Editi à Gothofredo. *Alea ludum.* poterat edidiſſe *olunt.* quæ vera lectio.

lectio. ſed adducitur ad probandum *olat* pro *oleat*. Repono. Nonium ipſum videri hæc malè diſpoſuiſſe. Aptiùs enim ad cap. 10. de mutatis Conjugationibus diſtuliſſet. Grunnio bubulcus. Plaut. Moſtel. 1.1.41.

Non omnes poſſunt *olere* ungenta exotica.

Cap. 7. 40. Id. Agam. ſuppoſito. Nequis *miraretur*. l. *miretur*.

Cap. 10. 27. Id. Pinthone Gorgonio.

Hominem beatum *quod* illæ pervenibunt divitiæ!

Excidit capiti interjectio a titulo deſinente abſorpta.

O hominem beatum *quo* illæ pervenibunt divitiæ!

In extrema voce notabilis Syncope, ſed Terentio Plautoque cum reliquis veterum Poetarum communis. ut enim Dives, Dîs per omnes caſus integrè & concisè; Divitior, ditior; Divito, dito; ſic divitiæ, di'tiæ. quod teſtimoniis undique conquiſitis confirmatum dare commodiùs rejicietur in Exercitationes Proſodicas.

Cap. 10. 29. Id. Præfecto morum.

Pater *at eſt*. negaro eſſe hìc me. ego operibo caput.

Mercerus. Pater *at ſi!* Acutiùs quàm veriùs. Recta emendatio erat. Pater *adeſt*. Frequenter in Comœdiis evenit, ut ubi filio comiſſanti, aut ſervo infideli patrefamilias peregrè rediens inſperatò ſupervenit, crebreſcat rumor; *Pater adeſt*. Plaut. Moſtellar. 2. 1. 18. vel *Herus adeſt*. Ter. Phormione. 1. 4.7. ſic Phorm. 1. 2. 83.

Pater aderit. mihi paratæ lites. quid meâ?

Magiſter adeſt. Cic. Epiſtol. ad Famil. l. 7. 25. Sed heus tu! manum de tabula, *Magiſter adeſt* citiùs quàm putamus. de Cæſare ſcribit ad M. Fabium Gallum.

Cap. 1. 63. Id. Proſtibulo.

Continuò ad te centuriatim current qui panem *petent* MSS. *petunt*.

Cap. 3. Cognoſcere. Pomp. *Panſâ Papipolæ*.

Magis curabo ubi cognorint, omnis unà aſſentiant.

Cap. 7. Aſſenſit eſt & paſſivum. Id. *Sponſâ Papipol.*

Magis ubi cognorit omnis unà aſſentiant. Monet Mercerus ubique legendum *Sponſâ Papipolæ*.

Pronius erat. Pompon. Sponſâ *Pappi*.

Pol

Pol magis, curabo, ubi cognorint, omnis unà assentiant.

Nam manifestum est utramque allegationem ex eodem versu peti. Titinius togatarius quis fuerit, aut quando vixerit, nihil admodum certi veteres scriptores nobis reliquerunt. vir equestri Titiniorum gente fuerit, an libertus M. Titinii viri prætorii, ad quem Cicero librum Epistolarum scripserat, qui hodie desideratur, an alterius cujusvis mihi juxta notum. aliquid etiam de Medicina tradidisse colligo ex Q. Sereni Sammonici versiculis. quod officium, ut ex Plinio patet, tunc temporis (verbo parcant hodierni medici inter clarissimos viros meritò reputandi) in magno honore apud Romanos non fuit. Sanè scriptorem ipsum quod attinet nihil nulli alii quàm Titinio & Terentio servare convenit, ut inquit Varro de Latino sermone l. 5. apud Charisium lib. 2. extremo. Scripsit his testibus.

Barathrum. *Charis. Fest. Non.* Barbatum. *Fest. Non. Prisc.* Cæcum. *Charis.* Ferentinatrem psaltriam. *Fest. Non. Prisc.* Fullones. *Non.* Geminam. *Non. Prisc.* Hortensium. *Charis.* Ilam rubram. *Non.* Jurisperitam. *Charis.* Præliam. *Charis. Non. Prisc.* Privignum. *Non.* Pullam. *Fest.* Quintum. *Non. Prisciano.* Setinam. *Charisio. Festo. Non.* Tibicinam. *Charis.* Vopiscum. *Non.* Veliternam. *eod.*

Cur *Ferentinatem* & *Psaltriam* unà conjunxerim, eo fit, quòd quem versum Nonius cap. 4. 270. refert ad *Psaltriam*, eum Prisc. lib. 6. citat ex *Ferentinati*. Scenam verò Psaltriæ inter Ferentinates positam indicat alter ille Psaltriæ versiculus apud Priscian. l. 4. & 7. Ferentinatis populus res Græcas studet. Cur autem *Privignum* quàm *Privignam* cum Merceri MSS. malim, ex ipsius testimonii verbis in prima Exercitatione superiùs allatis constat. ubi *Quem puperetis* à Privigno dicitur.

Cap. 4. 34. Argutari. Titin. Fullonibus.

Terra hæc est non aqua. ubi tu solitus argutari
Pedibus, cretam dum compescis vestimentáque *lavas*.

Codd. MSS. Balliol. & Lincoln. *levas*. utut lavare sit vox artis fulloniæ, tamen Antpæstus hic non recipit. quid quod ipsa politio per cretam facta vestibus crebrâ pedum supplosione subactis, dum extantium

tantium villorum aſperitates complanantur & ſubſidunt, levorem quendam inducit.

Cap. 8. 21. *ibus* pro *iis*. Id. Geminâ.

Eu, ecaſtor! ſi moratæ ſitis ambæ ibus ut *pro* ego *majoribus*. MS. Balliolenſis delet *pro*, nec immeritò cum ex gloſſa *ibus. pro iis* aut interjectâ verſibus, aut ad oram libri aſcriptâ, procul omni dubio irrepſerit in textum. itidem *majoribus*, ſi rem rectè putas, ab oſcitanti librario interpolatum. Reſcribendum,

—ſi *moratæ* ſitis ambæ *ibus*, ut ego, *moribus*.

ibus ab *is*, ut in *triſtibus* à *triſtis*.

Cap. 1. 3. (Juxta Gothofredum; Mercerus enim ad 4. rejicit.) Id. ibidem.

Syrus cum ſcorto conſtituit ire, *claves* illico,
Abſtrudi jubeo *ruſtica togæ ne* ſit copia, i. e. tecti.

Palmer. Si rus. *claves*. MS. *clavis*, ſcripturâ planè veterum. *Abſtrudi*. MS. Ball, *Obſtrudi*, in latebras impingi. *ruſtica togæ ne*. Facili trajectione conſtabit verſus. *ne ruſtica togæ*. Sed ad Laberiana propero.

Dec. Laberius, Eques Romanus, in ſcena floruit circa quæ tempora Cæſar Gallias tenuit. Scriptor mordax, nec illepidus. Libertatem in fingendis vocibus faciliùs ad captum ſeculi iſtius accommodes, quàm jocorum ſordes cum ordinis ſplendore concilies. Acerbitatis nomine Cæſari, dominationis cupido, parum gratus: ſed & apud eundem, principem præter cæteros liberalem, & dignitatis ſuæ retinentiſſimum, propter impudicitiam fabularum irriſui ac contemptui habitus, in ſcenam ultro traductus eſt, & liberto poſtpoſitus. Hi tamen ipſius mimi citantur à veteribus.

Alexandria. *Gell.* Anna Perenna. *Gell. Non.* Aquæ caldæ. *Non.* Aries. *Tertull. de Pall. Chariſ.* Augur. *Chariſ.* Aulularia. *Non.* Beloniſtria ſeu Frugio. *Id.* Cacomnemon. *Gell.* Cæculi. *Chariſ.* Cancer. *Priſcian. Tertull. Apologetico.* Carcer. *Non.* Catularius vel Scylax. *Gell. Non.* Centonarius. *Non.* Colax. *Id.* Colorator. *Gell.* Compitalia. *Non. Gell.* Cophinus. *Iid.* * Creuntes. *Chariſ.* Ephebus. *Macrob.* Fullones. *Gell. Non.* Galli. *Iid.* Gemelli. *Gell.* Imago. *Non.* Lacus Avernus. *Gell. Non.* Marcus. *Non.* Natal. *Gell.*

Necyomantia. *Id.* Nuptiæ. *Non.* * Panilici. *Id.* Paupertas. *Id.* Piſcator. *Chariſ.* Reſtio. *Gellio.Non.* Salinator. *Gell.* Saturnalia. *Id.* Scriptura. *Id.* Sedigitus. *Id.* Sorores. *Gell.Non.* Staminariæ. *Gell.* Taurus. *Diom.*

Cap. 2. 306. Ebriulare, ebrium facere, & Ebriacus, ebrius.

Laberius, Aululariâ.

Homo *ebriacus* ſomno *ſanari* ſolet.

Ebriacus ab ebrius, ut *meracus* à merus. hinc planè Hiſpanicum *Embriago.* non igitur audio qui vel *ebriulatus* vel *ebriatus* ſubſtituunt. Pro *ſanari* quod ſequitur, Codd.Linc. & C.C.C. *ſonari.* Balliol. aureum diſertè *obſonari.* Legerim,

Homo ebriacus *ſomnum obſonari* ſolet.

Dictum pari facetiâ atque Cato cùm contentiùs ambularet, ſciſcitanti cur id faceret, reſpondit, ſe *famem obſonari.*

Hic Laberius decimo menſe poſt Julii Cæſaris interitum Puteolis obiit. ſexagenario major, nec tamen multo, quod hinc conſtat. Ludis C. Julii Cæſaris adhibitus, inquit,

Ego bis tricenis annis actis ſine notâ
Eques Romanus è Larc egreſſus meo.

Prior verſus alludit ad tranſvectionem equitum R. quotannis Idib. Quintilib. coràm Cenſore factam. quo die ad lacum Regillum bene pugnatum eſt. Equi ramis olivarum coronati ipſi verò Equites trabeati cum præmiis, quibus unquam virtutis ergò donati ſunt, ab extramuraneo Martis templo per forum ad ædem Caſtoris procedebant. Inſtitutum hoc in honorem Caſtorum P. R. quaſi commilitonum, qui in albis equis ſedentes iſtius diei pugnæ duces viſi, eodem etiam die victoriæ nuncii Romæ ferebantur. ſimul ut in ipſos equites animadverterent ſi quis famoſus eſſet, aut equo malè curato veheretur. Sed pergo.

Titus Quinctius Atta Togatarum ſcriptor, adoleſcente Tullio clarus ſcripſit.

Ædilitiam. *Gell. Diom.* Aquas caldas. *Non.* Conciliatricem. *Gell. Non.* Gratulationem. *Non.* Lucubrationem. *Id.* Socrum. *Priſc.* Supplicationem. *Macrob.* Tironem proficiſcentem. *Priſc.* Item Satyras. *Diom Macrob.* & Epigrammata. *Non.* Mortuus eſt Cicerone jam triceſimum annum agente.

Qui

Qu. Trabea inter Comicos veteres non infimæ notæ, quem in octavum locum Volcatius Sedigitus conjicit; de eo Varro apud Charisium libro 2. extremo. Nævo verò & Trabea, & Atilius & Cæcilius facilè moverunt. Hoc liquet ex imaginibus iræ & inanis lætitiæ à Cicerone adductis in secundo lib. de finib. bon. & mal. & in lib. Tusc. 4. Laudare creditur in Ergastulo c. 2. Nonius, sed Pomponio asseritur 2. bis in *Rarenter* & *Villicari*. Caussa erroris est quòd *trabes* ad *Ennii* laciniam revocanda sit.

——sed quasi ferrum aut lapis
Durat rarenter gemitum conatu trahens. *Pompon.* excidit. nec extat ullum ex ejus fabulis nomen. nam Harpaga subditivam Muretus prolem, Scaligero pro genuina venditavit; Comœdiam, scilicet, ex Euripide translatam. Nihil addo de vett. Tragicis, aut Epicis Livio, Ennio, Pacuvio, aut Attio, quorum Fragmenta à viris gravibus diligenter expolita, Debrio, & post eum Gerardus Vossius luce donârunt. Horum subsidiis via munietur ad Plautum & Terentium. Discrimen faciendum inter veteres & novos Poetas. Priscis annumerabimus etiam Lucretium, Catullum, ipsúmque adeò Ciceronem. in quo ponamus desinere licentiam numerorum; ipsam vetustatem consenuisse, adeóque unà cum Rep. expirare.

XXXIV.

Orthographiæ autores complures cùm Græcos tum Latinos collegit Claud. Dausquius, & commentariis in Silium Italicum præfixit. Est ea sanè nobilis Grammaticæ pars, ut quæ Analogiæ & Etymologiæ vocabulorum mirificè inservit: Latè patet per universam orationem, sed nec eadem omnium ætatum, nec in diversis quamvis affinibus idiomatis; tamen suus cujusque temporis & loci Canon.

Auspicabimur à declinationis tertiæ tribus similibus plurativi numeri casibus. Priscianus quidem lib. 7. in Accusativo terminationem *is* in nominibus obtinere dicit: sed exempla idem astruunt, cùm in Nominativis tum in Vocativis.

1. Græcis. cujusmodi sunt apud Priscianum. Sardis. Alpis. Syrtis. Trallis. Sanè Sardis, Horat.

Quid tibi viſa Chios, quid, Crœſi regia, Sardis ?

ubi Sardis eſt caſus Nominativi. Syrtis. bis in Nonio. cap. 4. in Apertum & Æquor. Virgil. Æn.

Et vaſtas aperit Syrtis, & temperat æquor.

13. Priſtis etiam in Nominativo fortaſſis. Claudius Quadrigarius. l. 12. quinque Priſtis.

Tris variat pro ſuavitate compoſitionis.

9. Tris adeò incertos cæcâ caligine ſoles. Virgil. Æn. 3.

Naſcenti cui tris animas Feronia mater. Virg. l. 8.

4. Novius Decumâ. Modò ſi tris menſes ſim in æde.

2. Quorum Nominat. & Genit. ſingularis ſimiliter deſinunt, ſive ſint Adjectiva, ut omnis, pinguis, dulcis. ſeu Subſtantiva, ut navis. addit plurale tantum quod ſubſtantivè ſumitur, ut Manis.

In Omnis, advocat *Terent.* Omnis nos gaudere. & *Salluſtium*, Omnis homines. atqui apud Nonium *Attius* & *Caſſius Hemina*, apud Fulgentium *Apuleius* etiam in Nom. plurali uſurpant Omnis. cæterùm in Accuſativo *Ennius*, *Plautus*, *Cæcilius*, *Pacuvius*, *Terentius*, *Afranius*, *Pomponius*, *Lucilius*, *Santra*, *Novius*, *Cicero*, *Salluſtius*, *Varro*, *Virgilius*, ídque quoties occurrit. ipſe vero *Nonius* ſemel.

Pinguis. in Adolere. 1. & 4. *Priſc.* pinguis unguine ceras. *Non.* Verbenaſque adole pinguis.

Capp. 6. *cis.* Dulcis. aquas dulcis. *Virg.* ita *Priſc.* in Nomin. ut Non. Æn. 1. Intus aquæ dulcis.

Cap. 4. *dis.* Viridis. —viridiſq; ſecant placido æquore ſilvas. *Virg.* l. 8. Rudis. *Non.* Perperos, indoctos, ſtultos, rudis, & inſulſos.

1. 4. *gnis.* Pinguis, ut ſuprà.

Cap. 5. *lis.* Annalis. *Varro Parmenone.* Poeſis eſt perpetuum argumentum ex rythmo, ut Ilias Homeri, & Annalis Ennii.

2. Aquatilis. *Varro.* Et ratione. Pertimuerint aquatilis querquedulæ.

4. Crinalis. *Virg.* l. 7. Solvite crinalis vittas.

3. Diſſimilis. *Lucret.* Tris tam diſſimilis ſpecies.

4. Feralis. *Vigil.* l. 6. —& feralis antè cupreſſos Conſtituunt,

5. Fi-

5. Fidelis. *Non.* ipſe, ad hæc fidelis locupletiores.

4. Fragilis. *Virg. Georg.* 1. Suſtulerit fragilis calamos.

4. Immortalis. *Cic. de offic. lib.* 2. Quid enim eſt, per Deos immortalis! optabilius ſapientiâ?

4. Impetibilis. *Attius Amphitruone.*

Pertolerarem vitam, cladéſque exantlarem impetibilis.

6. Manalis. *Siſenna. Hiſtori. l.* 3. Manalis lapides diſponit, propterea quòd is ager omnis ejuſmodi telis indigebat. Liceat in gratiam antiquitatis contextum reſpicere. *Tela* etiam lapides dici poſſe auctoritas docuit, & omnia quæque (l. quæquæ) jaciuntur. Verum hoc quidem, *Telum* eſſe quicquid ira miniſtraverit. ſed nihil facit ad hujuſce loci interpretationem. Sciendum imprimis omnem Magiam dividi in Naturalem & Violentiam. ut iu Euſebio contra Hieroclem, ubi contendit Apollonium multa feciſſe non per cauſas naturales quamvis occultas, τὰ φυσικὰ, ſed per illicitas virtutes, & commercia cum inviſis poteſtatibus, τὰ βίαια τῆς μαγείας. Huic poſteriori membro ſubjectos ritus *tela* nominavit eleganter Siſenna. Veteres Romani, ut erant omne genus ſuperſtitionibus addictiores, cùm ſiccitate arva ſqualleront, motis manalibus lapidibus ad eliciendas pluvias (horrendum dictu!) telis impetentium cœlos & quaſi lapidantium ſpeciem præbere videbantur.

4. Mollis. *M. Tullius de legib. l.* 2. In animos teneros atque mollis influere quàm varios canendi ſonos.

14. *Varro Seſquiulyxe.* Suſpendit Laribus marinas mollis pilas. bis, in Strophium & Reticulum.

2. Mortalis. *Varr. Rhetoricor. l.* 20. Et ea quæ ad mortalis pertinent, cadrifariam diſpertierim, In homines, in loca, in tempora, in res. 4. *Lucret. l.* 1.

Primùm Graius homo mortalis tendere contra
Eſt oculos auſus.——

9. *Attius Epinauſimache.* Eos mortalis.

4. Puerilis. *Varro Cato, vel de liberis educandis.* Perſæ, propter exercitationes puerilis modicas, eam ſunt conſecuti corporis ſiccitatem, ut neque ſpuerent, neque emungerentur, ſufflatóve corpore eſſent.

4. Qua-

4. Qualis. *Virgil. Æneid. l. 2.*

Clamores simul horrendos ad sidera tollit.
Qualis mugitus, fugit cùm saucius aram
Taurus. (curas.

4. Talis. *Virgil. Æn.* 1. Atque illum talis jactantem pectore

12. Venalis. *Plaut. Trinummo.*

Quia ruri dum sum ego unos sex dies
Me absente, atque inciente, inconsultu meo,
ÆDIS VENALIS hasce inscribit literis. Græcè πεάμυ. Fulgent. Planciad. Vernalis. *Petron. Arbitér.* Nam centum vernalis me alucitæ molestabant.

6. Vitabilis. *Nonius* ipse cap. 6. Dapes non tantùm opiparos apparatus aut religiosos, sicuti plerunque significare, sed & vitabilis & infandos cibos auctore Virgilio possumus dicere.

13. *mis* ut Biremis. *Silenna. Histor. lib.* 4. Navisque triginta biremis, totidem myoparones.

4. Bis, in detrahere & observare. Implumis. *Virgil. Georgic. l. 4.*

——quos durus arator
Observans nido implumis detraxit.

4. Incolumis. *Pacuvius Ilionâ.*

Quos ego, ita ut volui, offendo incolumis.

2. Inermis. *Cœlius Annal. lib.* 1. Arma plerique abjiciunt, atq; inermis in latebras se illatebrant.

4. Semianimis. *Virgil. lib.* 10.

Semianimisque micant digiti, ferrúmque retractant

4. *mis*, ut Immanis. *Varro Mysteriis.* Nascimur enim spissiùs quàm emorimur. vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum. contrà una pestilentia, hostica acies puncto temporis immanis acervos facit.

15. Lenis. *Afranius Fratriis.* Labella, lenis. *Laberius in Cophino.* Quum provincias dispoliatur, columnas monolithis, Labella, lenis.

6. Quassagipennis. *Varro*, *Sexagesimâ.* Neque Quassagipennis anates remipedas buxeis rostris pecudes, paludibus nocte migrâ ad lumina lampadis sequens.

1. v. 4. Segne. Segnis. *Virg. Georgic.* 3.

—En ! age segnis
Rumpe moras.

2. *Attius Alcmaone.* Atque eccos segnis somno & tarditudine.

4. *pis.* ut Turpis. *Virgil. Georgic. l.* 3.

—scabiémque ferat, turpisque podagras.

Id. G. l. 4. —& turpis pascit sub gurgite phocas.

14. *ris*, ut Consularis. *M. Tullius ad Cæsarem juniorem. l.* 1. Pridie Nonas Februarias, quum ad te literas mane dedissem, descendi ad forum togatus, quum reliqui Consularis sagati vellent descendere.

8. Indecoris. *Virg. l.* 12. Nec genus indecoris.

2. Popularis. *Attius in Pragmaticis.* Describere in theatro perperos popularis.

9. Primoris. *Turpilius Pædio.*

Nuptias abjeci : amicos utor primoris viros.

2. Tricliniaris. *Varro. Est modus matulæ.* [illegible]. Dolia atque Apothecas tricliniaris.

2. *sis.* ut Karthaginensis. *Cato in* 4. *origin.* Deinde duo & vicesimo anno post dimissum bellum, quod quatuor & viginti annos fuit, Karthaginensis sextum de fœdere decernere.

18. *tis.* ut Ægatis. *Varro de vita pop. Rom. lib.* 3. Nàm postea C. Lutatio Consuli apud Ægatis insulas quum ipse catapultâ ictus esset.

4. Agrestis. *Virgil. l.* 8.

Jam tum religio pavidos terrebat agrestis
Dira loci.—

4. *Attius Oenomao.* Quum somno in segetem agrestis cornutos cient.

12. *Æmilius Macer in Theogoniæ lib.* 1.

Et nunc agrestis inter Picumnus habetur.

18. *Virg. l.* 11. Agrestisque manus armat sparus.

2. Cœlestis. *Pacuvius Ilionâ.*

Quis Deos infernos, quibus cœlestis, dignet decorare hostiis?

1. Fortis. *M. Tull. de finib. bon. & malorum.* Sedulò, inquam, faciam ;

ciam; ſed Fortuna fortis; quare conare, quæſo. [Proverbialiter dictum & Elliptice.] Ter. Phorm. 1.4.26.

Tanto magis te advigilare æquom'ſt. Fortis Fortuna adjuvat.

5. *Attius Myrmidonib.* Hæc fortis ſequitur, illam indocti poſſident.

4. Bis in Medicamentum & Tardum. Triſtis. *Virg. Geor. l. 2.*

Media fert triſtis ſucos, tardumque ſaporem
Felicis mali.

4. In Remiſſum, & 11. Hilarè. *M. Tullius de Orator.* Quis unquam res præter hunc Tragicas pene Comicè, triſtis remiſſè, [ſeveras hilarè.]

4. *Turpilius Paraterusâ.*

Quum antehac videbam ſtare triſtis, turbido
Vultu, ſubductis cum ſuperciliis, ſenes.

5. *Attius Medea.* —Ut triſtis turbinum
Toleraret hyemes mare quum horret fluctibus.

9. *Lucilius.* Triſtis, difficiles ſumus, faſtidimus bonorum.

4. *vis*, ut Gravis. *Virgilius in Bucolicis.*

Non inſueta gravis tentabunt pabula fetas.
Id. Georgic. l. 3.
Quid labor aut benefacta juvant? quid vomere terras
Invertiſſe gravis? *Ter. Heautontimor.*
Hui! tam gravis hos, quæſo? *Lucret. l. 6.*
Deinde videre licet, quàm multæ ſint homini res
Acriter infeſto ſenſu, ſpurcæque, graviſque.

4. Levis. *Attius, Bacchis.*

Agite modico gradu; jacite thyrſus levis.

4. *nis*, ut Tenuis. *Virgil. Georgic. l. 1.* Bis in Cognoſcere & Tenuis. Ni refugis, tenuiſque piget cognoſcere curas.

Id. l 5. ---& tenuis Teucrûm res eripe leto.

Id. lib. 6. Bis 4. Vitam. 6. Cavi.

Et ni docta comes tenuis ſine corpore vitas
Admoneat volitare [cavâ ſub imagine formæ.]

Ad hanc etiam claſſem reduci poterunt, quæ Priſcianus velut ſeorſim ponit. Adjectiva in *x* tanquam à *cis*. adducit Virgilianum illud, ---tenacis Suſpendunt ceras

6. Addo

6. Addo, Feracis. *Virg. Georg.* 4. ---ipſe feracis
Figat humo plantas.

1. Thracis. *Nav. Lycurgo.* Longè latéque Thracis noſtros fervere.

Nec eſt inſolens Inflexionis figura. Vulgatum enim iſto ſeculo vocabula Græca terminationibus caſuum ad morem formamque Latinam claudere.

Quod idem Priſcianus obſervat *Lucano* dictum Audaces, ſub iſta tempora invaluit, ut vocalibus diverſis hi caſus inter ſe curatiùs diſtinguerentur.

4. Velocis. *Virgil. l.* 5. Velocis jaculo cervos, curſúque fatigat.

Item in *ps*, tanquam ex *pes* vel *pis*. ut Inops.

1. *Virg. l.* 8. ---res inopis Evandrus habebat.

4. Princeps. *Cicerr de offic. l.* 3. Quum autem conſilium hoc principis cepiſſent.

4. Præceps. *Virg. l.* 4. ---ſocióſque fatigat;
Præcipitis vigilate viri.---

4. Anceps. *Cicero. de off. l.* 1. Gravioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipitis adhibere coguntur.

Exeuntia in *er* tanquam Apocopen paſſa. Celer à Celeris.

1. *Virgil. iib.* 6. Inde ubi venêre ad fauces graveolentis Averni
Tollunt ſe celeris. *Id. Æneid. l.* 4.
---celeris mandata per auras
Detulit.

2. Terreſtris. *Attius Medea.*
Niſi quas terreſtris pontus ſtrages conciet.

3. Volucris. *Lucil. lib.* 26.
Niſi portenta, anguiſque volucris, ac pennatos ſcribitis.

4. Silveſtris. *Attius. Bacchis.*
Tunc ſilveſtris exuvias lævo pictas lateri accommodant.

Nebridas intelligit.

4. Muliebris. *Varro Eumenidib.* Stolam, calceoſque muliebris, propter poſitos capio.

4. Bis in Acre & Caſtum. Acris. *Varro Parmenone.*
Demitis acris pectore curas
Cantu caſtâque Poeſi.

Eadem obtinuit figura in Comparativis.

9. Incupidioris. *Afranius Vopisco.*

Antiquitas perenda in principio est mihi,
Majores vestri incupidioris liberùm
Fuêre.

8. Interioris. *Varro.* περὶ Μοιρῶν. Perrexit in interioris partes domuis.

2. Majoris. *Varro Epistolâ Latinâ.* Si venisses Capuam, quod & pueros minutos vides libenter, & majoris animadvertere non vis.

4. Minoris. *Varro de vita pop. Rom. l.* 1. Minoris natu capite aperto erant, capillo pexo, utique innexis crinibus.

4. *Turpilius Lencadiâ.* --hoc quæro, ignoscere
Istic solentne has minoris noxias
Erum si forte ut alias res vini tago.

4. Mollioris. *M. Tullius in Hortensio.* Deinde boni mores & modestiores, & ad capienda præcepta mollioris.

Desinentia in *rs* terminationem Accusativi pluralis perinde sortiuntur ac si in recto esset *rtis.*

4. Iners. *Virg. l.* 10. --Ecce! Paro voces dum jactat inertis.
Idem Georgicon. l. 3. —Ima
Solvuntur latera atque oculos stupor urget inertis.
Id. Ge. l. 1. Multum adeo rastris glebas qui frangit inertis.

Terminata in *ns* ita se habent, ac si desinerent in *ntis*, ut bidentis.
Virg. l. 5. —Cædit quinas de more bidentis.
6. *Id. Georg. l.* 2.
Seminibus positis supereſt deducere terram
Sæpius ad capita & duros jactare bidentis.

Bis 2. in Primitus. & 4. in Dare. Recens. *Lucil. l.* 5.
Sicuti quùm primus ficos propola recentis
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.

Hìc loci, quantum est Participiorum aut Nominum inde ortorum, centuriatim confluunt: quæ cùm non pauca in hoc ipso occurrunt autore, breviter attingam.

4. Adolescentis. *Afranius, Divortio.*

O dignum facinus! adolescentis optimas
Bene convenientes, concordantes cum viris
Repente viduas faciat spurcitia patris.

4. Æstuantis. *Varro.* Γνῶθι σεαυτόν. Non videtis unus ut parvulus Amor ardiferâ lampade aridâ agat amantis æstuantis?

4. Bis in Decernere & Subigere. Amantis. etiam *Virg. Georg. l.3.*
---& sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantis.

4. Ardentis. *Virgil. lib. 2.*
Ardentis clypeos atque æra micantia cerno.

5. Bis in differentia Audaciæ & Audentiæ. *Virg.*
Audentis fortuna juvat.--

Carentis. *Virgil. lib. 6.*
Cernit ibi mœstos & mortis honore carentis.

4. Clamitantis. *Varro.* Qui omnes me bilem atram agitare clamitantis, opinionem mihi insaniæ meæ confirmant.

4. Comantis. *Virg. lib. 12.* ---gaudétque comantis
Excutiens cervice toros.--

14. Crepantis. *Vig. lib. 11.*
--tum croceam chlamydemque, sinusque crepantis
Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.

1. Disputantis. *Varro Serrano.* περὶ Ἀρχαιρεσιῶν. Subsilio, & hostias & extispicis disputantis relinquo.

2. Ferventis. *Cæcilius Hymnide.* Ferventis scutras.

4. Bis in Exercere & Fluere. Fluentis. *Virg. Georgic. lib. 2.*
---tum denique dura
Exerce imperia & ramos compesce fluentis.

4. Frementis. *Vigil. lib. 12.*
Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementis.

1. Fritinnientis. *Varro. Virgulâ divinâ.*
Et pullos peperit fritinnientis.

4. Hiantis. *Virg. l.6.* ---incertus clamor frustratur hiantis.
Varro Marcipore. Hiantis video: hiantis non audio.

4. Horrentis. *Virg. lib. 7.*
Qui Tetricæ horrentis rupes montemque severum.

15. Lætantis. *Nævius, Lycurgo.*

Nam ut ludere lætantis inter ſe vidimus,
Præter amnem cretcrris ſumere aquam ex ponte.

7. Pallentis. *Virgil. in Bucolicis.*

Ilice ſub nigrâ pallentis ruminat herbas.

1. Parentis. *Terent. Adelph.* ---quàm ea quæ parentis propitii,

4. *Virgil. Æn.* 3. Agnovit prolem ambiguam, geminoſq; parentis.

4. *M. Tullius Verrinarum actione.* 2. Et parentis pretium pro ſepultura liberûm poſceret.

6. *Turpilius Demetrio.* Meos parentis careo.

4. Bis in Gemini in differ. Genetricis à Matre. Pendentis. *Virgil. lib.* 8. ---Geminos huic ubera circum
Ludere pendentis pueros, [& lambere matrem.

5. Impavidos.]

4. Petentis. *M. Tull. de Offic. l.* 3. Quæ curſu frumento onuſtas petentis Rhodum viderit.

4. Præſtantis. *Siſenna. Hiſt. l.* 4. Egregias & longè præſtantis ac metuendas adverſariorum opes eſſe.

5. Prudentis. *Nonius.* Die quarti & Die quarto hoc differre prudentis volunt, quorum tamen auctoritas in obſcuro eſt, ut ſit die quarto temporis præteriti die quarta futuri. Locus mendoſus corrige ex Gell. 10. 24. Macrob. Saturn. 1. cap. 4.

2. Pudentis. *Varro, Sexageſimâ.*

Ergo tum Romæ parcè pureque pudentis
Vixere in patria, nunc ſumus in rutuba.

2. Redeuntis. *Siſenna. Hiſt. lib.* 4. Itaque poſtero die legatos Iguvium redeuntis apiſcitur.

4. Rubentis. *Virg. lib.* 9.

---ipſum illum clypeum criſtaſque rubentis
Excipiam ſorti.---

4. Sapientis. *M. Tull. ad Cæſarem. lib.* 1. Quod ſapientis homines ac boni purant.

4. Velitantis. *Afranius. Simulante.*

Næ ego illos velitantis auſculto libens.

12. Vitantis. *Nonius.* Sifilare (quod nos vilitatem verbi vitantis Sibilare

Sibilare dicimus, & eſt maledica vocis ſignificatio, vel contumelioſa popularium quum ſiſilationibus quis exploditur) à Græco ducere originem invenimus.

8. *Salluſt. Hiſtor. l.* 4. Duæ Galliæ mulieris conventum vitantis.

1. Vitulantis. *Navius. Lycurgo.*

Ut in venatu vitulantis ex ſuis
Lucis nos mittant pœnis decoratos feris.

2. Volitantis. *Varro. Aboriginib.* περὶ ἀνθρώπων φύσεως. Ita ſublimis ſperibus jactato nominativo volitantis altos nitens trudito.

Aliud genus eſt nominum Syncopatorum, velut circumflexum in *âs, ês, îs,* & *ûs.*

4. In *as,* velut ab *atis. Virgil. Æneid.* 1.

Quinquaginta intus famulæ quibus ordine longo
Cura penum ſtruere & flammis adolere penatis.

Unde corrigenda lectio ejuſdem loci in Cap. 1.

6. In *ês,* ut *etis.* Locupletis, non magnarum opum tantùm, ſed & ad quamlibet rem firmos & certos M. Tullius dici voluit. *Nonius.*

1. Item *Varro de vita P. R.* Quibus erant pecuniæ ſatis, locupletis, aſſiduos; contrarios proletarios.

2. In *îs,* ut *itis.* Quiritis. *Ennius, Annalibus.*

Ea mihi reliquæ fidei *regno Vohiſq́,* Quiritis,
Se fortunatim, feliciter ac bene vortat.

13. In *ûs,* ut *uris.* Pluris. *Varro de vita Pop. Rom. lib.* 3. Quod antiqui pluris tabulas conjunctas codices dicebant, à quo in Tiberi naves codicarias appellamus.

Ex hac Nominum Adjectivorum diſtributione latior aperuit ſe via, per quam Subſtantiva in ordinem ſuæ inflexionis reduci poterunt.

2. In *cis,* ut Piſcis. *Varro. Marcopoli.* περὶ ἀρχῆς.

Naturâ humanis omnia ſunt paria.
Qui pote plus urguet; piſcis ut ſæpe minutos
Magnus comeſt, ut avis enicat accipiter.

2. *Plaut. Aulul.* Dromo deſquama piſcis.

10. Faſcis. *Celius. Annali lib.* 7. Duos & ſeptuaginta lictoris domum deportaviſſe faſcis, qui ductoribus hoſtium ante ſoluerint ferri.

Hunc

Hunc in locum desinentia in *x* quæ in *cis* feruntur in genitivo singul. commodè conjicientur. sive

2. in *ax* finita, ut Pax. *Varro de vita P. R.* Animadvertendum primum, quibus de causis & quemadmodum constituerint paces; secundum, quâ fide & justitiâ eas coluerint. seu sint

in *ex* vel *ix* breve terminata, ut haruspex. *Nonius.* Fulguratoris ut extispicis & haruspicis, ita hi fulgurum inspectores. Vide suprà 1. Disputantis.

4. Panticis. *Plaut. Pseudulo.* Vino modò cupidæ estis, eo vos voltróque adeo panticis madefactatis, quum ego sim hic ficus.

4. Pontifex. *Varro Cato, vel de liberis educandis,* --quam
Deam solent indigitare etiam Pontificis.

2. Ramex. *Varro.* Rapta à nescio quo mulione raptoris ramicis rumpit.

2. Subicis. *Ennius, Achille.*
Per, ego, Deûm sublimas subicis humidas
Unde oritur imber. aut etiam.

15. in *ix* breve, ut calix calicis. *Varro. Est modus matulæ.* Obbas & Cumanos calicis.

4. in *ix* productum, ut Cervix. *M. Tullius in Philippic. lib.* 2. Cervicísque suas ei subjecit securi, quâ multi minoribus in peccatis occiderunt.

4. in *trix*, ut Meretrix. *Turpilius, Philopatro.*
--forte eo die
Meretricis ad me de levitate Atticæ ut
Convenerant, condixerántque cœnam apud
Me Thais, atque Erotium, Antiphila, Pythias.
Ego extra cubui domina.

7. Nutrix. *Varro Cato vel de liberis educandis.*
Quum primo cibo & potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus, Eduæ; à potione, Potinæ; nutricis.

1. Sarcinatrix. *Varro.* Homines rusticos in vindemiâ incondita cantare; sarcinatricis in machinis.

12. in *nx*, ut Lux. *Varro. Hebdomadum.* Sub imagine Demetrii.

Hic

Hic Demetrius [æneas tot aptu'ſt]
Quot lucis habet annus abſolutas.

in *dis*, ut ædis. extra ædis. bis. 1. & 4. in eliminare. *Pomponius. Conchâ.* bis ibidem. *Ennius Medeâ exule.* bis itidem 1. in receptitius. 2. in Ruta. *Cic. de Oratore lib.* 2. quum ædis venderes. ante ædis. bis. in 2. Pipulo 4. differre. *Plaut. Aulular.* pipulo te differam hîc ante ædis.

4. ad ædis *M. Tull. in Verrinis. actione* 2. Hæc ubi filio nunciata ſunt, ſtatim exanimatus ad ædis contendit, ut vitæ patris & pudicitiæ ſororis ſuccurreret.

4. bis in cædere & verrere. *Lucilius.*

Lignum cædat, penſum faciat, ædis verrat, vapulet.

4. *Plautus Trinummo.* (quo Cicero ſuprà alluſit.)

Poſticulum hoc recepit, quum ædis venderit.

4. *Titinius.* Everrite ædis, abſtergete araneas.

Sub hoc caput redeunt, Quadrupes. *Navius. Lycurgo.*

Ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedis.

4. Frons. *Virgil. Georgic. lib.* 2.

Sed trudit gemmas, & frondis explicat omnis.

2. Laus. *Varro de vita P. R. lib.* 2. In conviviis pueri modeſti ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudis erant majorum, & aſſâ voce, & cum tibicine.

12. Præſes. *Non.* Statilinum, & Statanum, & Fabulinum præſidis Varro Cato vel de liberis educandis, puerilitatis affirmat.

2. in *gis*, ut Frugis. *Attius Meleagro.* Frugis prohibet pergrandeſcere.

in *guis*. ut Anguis. *Lucil.* 26.

Niſi portenta anguiſque volucris, aut pennatos ſcribitis.

Bis cap. 3. anguis eſſe dubii generis. 5. Portenta diſtare à Monſtris & Prodigiis.

4. Unguis. *Plaut. Aululariâ.*

Quin ipſi pridem tonſor unguis demſerat.
Collegit, omnia abſtulit præſegmina.

5. *Lucil. Satyrar. lib.* 8.

Gallinaceus quum victor ſe gallus honeſtè

Suſtulit

Sustulit in digitos, primoresque erigit unguis.

1. in *lis*, ut Pellis. *Varro de vita P. R. lib.* 1. Etiam pellis bubulas oleo persusas percurrebant, ibique cernuabant.

Afranius. Pellis dimitte in ordine.

12. Huc facit Consul. *Varro de vita P. R. l.* 4. Neque id cæci Consulis fecissent.

1. Finis. Finitores dicti quod finis dividerent. *Nonius.*

4. *Virg. l.* 8. Protenus Arcadiæ gelidos invisere finis

6. Fastigia consuetudine summæ altitudines dici putantur, quum sint & imæ; significant & finis.

Funis. *Sisenna Histor. l.* 4. Funis expediunt: claustra foribus imposita periclitantur.

4. Amnis. *Virg. Georgic. lib.* 2.

——Huc summis liquuntur rupibus amnis.

4. Juvenis. *Cic. de offic. l.* 2. Qui, simulac juvenis esse cœperunt, magna spectare, atque ad ea rectis studiis debent contendere.

4. Crinis. *Virg. Æneid. l.* 2.

Squallentem barbam & concretos sanguine crinis.

2. in *pis.* ut Puppis. *Sisenna. Histor. l.* 4. Puppis aceto madefactis centonibus integuntur. quos supra perpetuâ classi suspensa cilicia obtenduntur.

2. Rupis. *Virg. l.* 8.

Qui Tetricæ horrentis rupis, montemque severum.

1. in *ris*, ut Auris. *Virg. Æn. l.* 4.

Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit auris.

1. *M. Tull. Cic. de officiis lib.* 1. Cavendum est ne assentatoribus patefaciamus auris, neve nos adulari sinamus.

2. *Attius Astyanacte.*

Nihil credo auguribus, qui auris verbis divitant
Alienas, suas ut auro locupletent domos. (pat.

4. *Ennius. Thyeste.* Sed sonitus auris meas pedum pulsu increpat.

4. *Lucretius.* Aridus aude auris terget sonus.

In Acerbum. 4. Imbuere. 12. *Varro in Agathone.* Virgo de convivio abdicatur, ideo quod majores nostri virginis acerbæ auris Veneris vocabulis imbui noluerunt. *Id. in Epistola Julii Cæsaris.*

Quem

Quem ſimulac Romam veniſſe mihi attigit auris nuncius,
Extemplo meos in curriculum contuli propere pedes. (dicaſſit.

4. *Lucilius.* ---ſicubi ad auris Fama tuam pugnam clarans alata
Vide 1. in Eliminare. 4. *Attius, Meleagro.* Timidè eliminor clamore, ſimulac nova vox ad auris accidit.

Virgilius, lib. 8. ——Gravior nè nuncius auris
Vulneret.--

Varro. Papia papæ. ἀπὸ τοῦ ὠτακουστοῦ. Ante auris modo ex ſubolib. parvuli intorti dimittebantur, ſed cincinni oculis ſuppætulis, nigellis pupulis, quam hilaritatem ſignificantes animi rictus parviſſumus, ut refrænato riſu roſeo.

7. *Titinius, Veliternâ.* Id ego aucupavi, plenas auris affero.

10. *Lucretius, l.* 3.
Caligare oculos, ſonere auris, ſuccidere artus.

10. *Ennius, Telamone.*
More antiquo audibo, atque auris tibi contrà utendas dabo.

Naris. bis. 2. in Minutum. 4. in Tenue. *M. Tullius Verrinarum. l.* 3. Reticulúmque ſibi ad naris admovebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. *Plautus, Ciſtellariâ.* 4.
Ita muſtilentus ventus naris obtigit.

4. Eodem retulerim in *ôs oris. Cic. de offic. l.* 1. Plerumque autem parentum præceptis imbuti ad eorum conſuetudinem moriſque deducimur.

1. etiam in *er*, ut Venter. *Lucil. Sat. l.* 5.
Vivite lurcones, comedones, vivite ventris.

2. Uter. *Salluſt. Hiſt. l.* 3. Duos quàm maximos utris levi tabulæ ſubjecit, quam ſuper omni corpore quietus invicem tracto pedis, quaſi gubernator exiſteret ea inter molem atque Inſulam, mari, vitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum pervenit.

1. in *ſis*, ut Menſis. *Varro* τετραμήνου τοῦ τρίτου. Vel decem menſis, ubi unà ſapiant granaria.

2. Tuſſis. *Terent. Heautontim.* Gemitus, ſcreatus, tuſſis.

10. Claſſis. *Attius, Nyctegreſiâ.* Claſſis adit.

in *tis*, ut Peſtis. *Titin. Velit.* Quot peſtis, ſenia, & jurgia?

1. Natis. *Novius, Pappo præterito.*

——dum istos invitabis suffragatores, pater,
Priùs in capulo, quàm in curuli sellâ suspendes natis.
10. Alibi. 11. *Pomponius, Marco.* ——virginem
Præteriens, vidit Dorsennum in ludo verecunditer
Non docentem condiscipulum, verùm scalpentem natis.
Hostis. *Attius. Medeâ.*
Exul inter hostis, exspes, expers, desertus, vagus.
Virgil. Æneid. lib. 2. ——Flammam inter & hostis
Expedior.
4. *Titinius. Velliternâ.*
Hodie hostis fugavit, spolia placidè posterius leget.
9. *Sisenna. histor. lib.* 3. Hostis loca superiora potiti.
18. *Sisen. H. lib.* 3. Sparis ac lanceis eminus peterent hostis.
4. Lactis. *Titinius. Psaltriâ.*
Farticula, cerebellum, lactis agninas.
4. Vatis. *Virgil. lib.* 6. Quique pii vatis.
4. Testis. *Lucil. Sat. l.* 7.
Præcidit caulem, testisque unà amputat ambo.
Ad hanc classem revocemus exeuntia
4. in *as*, Civitas. *M. Tull. de finib. bon. & mal.* Itaque naturâ apti sumus ad consilia, cœtus, civitatis. Cautè igitur Priscian. l. 7. has civitates ferè ubique legimus.
4. Utilitas. *Tull. de Rep. l.* 2. Quæ virtus præter cæteras totam se ad alienas utilitatis porrigit, atque explicat. *Idem de Deorum Natura, lib.* 2. Sicut ex quibusdam stirpibus & herbis, quorum utilitatis longinqui temporis usu & periclitatione percepimus.
4. Cupiditas. *M. Tullius de Officiis, l.* 3. Postremo hæ jam in liberis civitatibus regnandi existunt cupiditatis, quibus nihil nec tetrius, nec fœdius excogitari potest.
4. Vastitas. *Attius. Astyanacte.*
Propter tot tantasque habemus vastitatis funerum.
4. Bis in Seges & Subigere. in *es*, Seges. *Cic. in Orat.* Gemmare vites, sitire agros, lætas segetis, luxuriosa frumenta. *M. Tullius in Hortensio.* Ut enim segetis agricolæ subigunt aratris multo antè quàm serant. *Virgil. in Bucol.*
Astrum, quo segetis gauderent frugibus. 18.

18. Veles. *Sallustius in Jugurtha bello.* Cumque his permixti velitis.

18. Bis in Velite & Antesignani. *Varro.* ἀμιῶμαί σε περὶ μαρτυρίας. Quem sequuntur cum rutundis velitis leves parmis.

1. in *is*, Lis. *Turpil. Demiurgo.*

Judicia, litis, turbas, tricas, conciones maxumas.

2. *Plaut. Menaechmis.*

Neque ego insanio, neque pugnas, vel ego litis cæpio.

4. in *os*, ut Dos. *Afranius. Fratriis.*

Formosa virgo est; dotis dimidium vocant
Isti, qui dotis negligunt uxorias.
Præterea fortis.

3. in *us*, ut Virtus. *Cic. Tuscul. lib.* 3. Qui si virtutis ebullire volent, & sapientias, nihil aliud dicent nisi eam vim quâ fiunt vestræ voluptates, quas suprà dixi.

Huc etiam trahunt exeuntia in *us*, ut Mons.

4. *Virg. Æn. lib.* 3. Visa aperire procul montis.

Id. in Georg. l. 4. --clamore supremos Implerunt montis.

Id. Georgic. l. 3. --superant montis & flumina tranant.

4. Fons. *Lucret.* --juvat integros accedere fontis
Atque haurire.

2. Item in *rs*, ut Ars. *Virg. Georgic. l.* 1.

Et varias usus meditando extunderet artis Paulatim.

11. *Cassius Hemina.* Quare fini omnis artis atque humanitas aguntur.

1. Pars. *Cic. Tusculan. lib.* 1. Non eas partis quæ quasi fenestræ sunt animi.

1. *Varro.* Ὄνος λύρας. Voces Amphionem Tragœdum: jubeas Amphionis agere partis; infantiorem [invenies] quàm meus est mulio.

4. *Terent. in Heautont.* Nunc quamobrem has partis didicerim paucis dabo. *Virg. lib.* 11. --& partis rimatur apertas.

7. *M. Tull. de Deor. Natura lib.* 2. Omnium autem rerum, quæ naturâ administrantur, seminator, & sator, & parens, ut ita dicam, atque educator & altor est mundus, omniáque sicut membra & partis suas nutricatur & continet.

7. *Id. de Rep. lib.* 1. Sed ut plurimas & maximas nostri animi, ingenii, consilii partis ipsa sibi ad utilitatem suam pigneraretur.

8. *Ter. Hec.* Nunquam animum quæsti gratiâ ad malas inducam partis.

1. Cohors. *Varr. Bimargo.* Cohortis cocorum, atque hamiotarum, aucupúmque.

2. *Ibid.* Non te pudet, Mani, quum domi tuæ vides commilitonum tuorum cohortis servis tuis ministrare cœmenta?

2. *Sisenna. histor. lib.* 3. Post villarum macerias ac parietinas quinque cohortis in insidiis reliquit.

8. *Sallust. in Catilin. bello.* Ille cohortis veteranas, quas tumulti causâ conscripserat, in frontem, post eas cæterum exercitum in subsidio locat.

8. Sors. *Attius. Telepho.*

Pro certo arbitrabor sortis, oracula, adytus, augura.
Huc etiam loci reposuerim. 9. Nox. *Virgil. Æneid. lib.* 3.
---totidem sine sidere noctis.

2. in *vis*, ut Avis. *Varro. Marcopoli.* καὶ ἀρχῆς.
-- piscis ut sæpe minutos
Magnus comest, ut avis enicat accipiter.

4. Clavis. *Titin. Gemina.*

Si rus cum scorto constituit ire, clavis illico
Abstrudi jubeo, nè rusticæ togæ sit copia.

2. Navis. *Attius. Myrmidonib.*

Quod si, ut decuit, stares mecum, & meus me mertaret do-
Jamdiu inflammari & uri navis vidissent suas. (lor

2. *Cato. Origg. lib.* 2. Si indu navis putidas atque sentinosas commeatum onerare volebant. 4. *Attius, Antenoridis.*

---quia illorum copias (re.
Fundam in campo, aut navis uram, aut castra mactabo in ma-

4. *Virgil. lib.* 9. Ne trepidate meas, Teucri, defendere navis.

6. *Id. Æneid. lib.* 6. ---tum dente tenaci
Anchora fundabat navis.

13. *Sisen. histor. l.* 4. Navisque 30. biremis.

13. *Sis. hist. l.* 3. Quibus occisis actuarias ad viginti, navis autem complures onerarias incendunt.

13. *Var-*

13. *Varro de vita P. R. l.* 3. Navis codicarias.

2. Civis. *Plaut. Amphitruone.*

Quamque adeo civis Thebani verò rumiferant probam.

12. *Cic. de Rep. lib.* 6. Et verò in diſſenſione civili, quum boni plus quàm multi valent, expendendos civis, non numerandos puto.

4. Ovis. *Virgil. Bucolicis.*

Paſcere oportet ovis, deductum dicere carmen.

4. Huc etiam revoco Bos. *Virgil. Bucolicis.*

Paſcite, ut antè, bovis pueri, & ſummittite tauros.

Cur ad hanc claſſem pertinere videri poſſit ampliùs ſuader.

2. *Varro. Aboriginib.* περὶ ἀνθρώπων φώνων. Mugit bovis, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat.

Superſunt rariùs occurrentia, tamen ad dulcedinem comparata, quandoque ab *o onis*, ut Epulo.

2. *Cic. de Orat. l.* 3. Sed ut Pontifices veteres propter ſacrorum multitudinem epulonis eſſe voluerunt.

2. Perturbatio. *Cic. Tuſculan. lib.* 4. Atque ut hæ tabificæ mentis perturbationis ſunt.

Item in *o inis*, ut lubido. 3. *Varro. Modio.* Quare meas lubidinis, ac bilingos tibios.

4. *M. Tull. in Verrem in Frumentaria.* Flagitia lubidiniſque accommodat.

4. Homo. *Terent. in Andria.*

Non ſi capiundos mihi ſcio eſſe inimicos omnis hominis.

4. Virgo. *Plaut. Pœnulo.*

Venditque eas omnis, & nutricem & virginis,

Præſenti argento homini, ſi leno eſt homo.

Poſtremo etiam terminata in *or* minus frequenter occurrunt.

7. Pictor. *M. Tull. de Offic. lib.* 1. Ut enim Pictoris, & hi qui ſigna fabricantur.

8. Suppolitor. *Laberius.*

Quænam mens, quæ deliritas vos ſuppolitoris facit?

8. Spectator. *Varro. Va victis.* περὶ φιλοπαιγμόνων. Dicat pugilis, Spectatoris, qui miſerum putatis vinci quæro à vobis, ſi adverſarius ſupercilia aut ceſtis deſcobinarit, numquis veſtrùm ſua mihi eſt daturus?

1. Ful.

1. Fulgurator, ut suprà. *Nonius*. Fulguratoris, ut extispicis & haruspicis, ita hi fulgurum inspectores.

10. Lictor, ut suprà. *Cœlius Annal. l.* 7. Duos & septuaginta lictoris domum deportavisse fascis, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri.

Illud diligenter notandum. *Tenuis*, utcunque in syllabam desinat à vocali ejusdem figuræ exorsam in Singulari atque Plurali, aliter tamen hic efferri, aliter illic. in singulari raptim sonat, ut vulgo efferimus. producta verò in plurali valet *eis* vel *iis*, quomodo in 3a Contractorum apud Græcos πόλις. Plural. πόλιος. πόλις Ionicum ut πόλεις Atticum pariter scribitur, variè auditur. Latet enim sub eadem figura potestas ambigua.

Latiùs hanc materiam prosequutus sum non velut ambitiosus operæ aut acuminis in hujusmodi minutiis conquisitim subnotandis ostentator; absit à nobis tam frivola jactantia. sed ut iis, quibus genuinæ Latinitatis vena purior & emendata Typographia cordi sunt, quasi Lydium lapidem in manus darem, cujus indicio melioris notæ Codd. à MSS. vilibus & proletariis non magno negotio dignoscant. Bis eandem scriptionem repetitam ostendimus. Habet enim pondus lectio constans & multiplex testimonium. Nec est cur aliquis Marcelli velut unius hominis obscuri autoritatem elevet. Non enim ita se res habet. Consulantur veteres membranæ. non modò Plautus & Terentius, non Lucretius aut Catullus, quomodo hodie excuduntur cum fide; verùm etiam Cicero ipse & Virgilius huic scripturæ testimonium perhibent. Accedunt Grammatici veteres & illustres, unde ille observationes hauserat. accedunt autores linguæ Latinæ. Hinc Gulielmianæ Ciceronis, Gifanianæ Lucretii, Heinsianæ Virgilii, Vossianæ Catulli, editionibus pretium & honor additus. Quicquid à pervolgata loquendi consuetudine remotum deprehenderant, librarii crassâ sequioris ævi caligine obvoluti ad sermonis, quem ipsi norant, amussim exactum interpolare non dubitârunt. unde schedæ ignobiles & degeneres natæ. Parati itaque esse debebimus in conferendis exemplaribus vetustis, ubi divortia

dictionum

dictionum ſe aperient, non iter illud tricum, quod ad modernas Artium regulas aut hodiernam ſcribendi rationem rectà ducit, ſtatim ingredi. Conſenſus, ætas, indoles Codd. MSS. ubique plurimum valet, nec in apicibus tantùm literularum. Eſt ubi antiquitatis odor ſe latè diffundet. alibi honeſtes verborum eluceſcet. nonnunquam acumen ſententiæ morabitur, aut figuratæ loquutionis audacia. Minus bene de Plauto ſuo Taubmannus, de Terentio poſt Rivium Lindebrogius meruiſſent, ſi gregalium librariorum veſtigiis preſſius inhærentes priſcos autores novitiorum inſtitutionibus & cenſuræ ſubjeciſſent, Non eſt de nihilo, quoties aliquid in archetypis membranis à recepta ſcribendi vel loquendi conſuetudine longiùs abit. ſuſpicio eſt nonnihil bonæ frugis ibi latere ſupra vulgarem captum. Projecta cadavera prono deferuntur alveo, vivat neceſſe eſt vigeátque, qui contra torrentem brachia dirigit. Plurium exemplarium ſuffragia conſpirata non aſpernor. ſed venerandam librorum caniriem colere & obſervare convenit: præſertim ſiquos manus artifex diligenter recenſuerit. nam in diſſidio MSS. ut in diſſenſione civili, bonorum partes, quàm multorum, ſequi præſtabilius eſt.

Reperias etiam alia non admodum diſſimilis uſûs; ut ex *Furio* Opuliſcere, ex *Lucretio* Ditiſcere.

Non. 2. Quo magis in comptis poſſint opuliſcere campis,
2. *Lucret.* 4. Suſcipere & partu poſſint ditiſcere dulci.

Item Pacuvius, Nyptris. Nomen fabulæ portentoſum. Vera ſcriptura erat, Niptrls. laudatur in Cicerone in Niptris. ſed poſterior vocalis majuſcula eſſe debuit. ut inciditur in marmorum notis, ubi DIs, & ejuſmodi ſexcenta, Gerardus Voſſius jam dudum obſervârat nomen fabulæ Νίπτρα inditum.

Lucillius & *Titinnius* in omnibus impreſſis Liquidas *l* & *n* malè geminant. Sive Faſtos Conſulares ſeu Vett. Inſcriptiones conſulas, utraque gens Lucilia & Titinia nonniſi per ſimplices literas ſcripta reperitur. utriuſque memlnit Cicero, clariùs conſtat ex Genitivo non ſemel apud Horatium. Lu-

Lucill. quis tam Lucill fautor ineptu'it

Non pauca Franciſcus Douſa collegit argumenta, quibus hoc confirmat. Titinium verò Q. Serenus Sammonicus nominatim deſignat:

Allia præcepit Titinl ſententia necti,
Qui veterum claras expreſſit more Togatas.

Nihil moror quod in Gloſſis Philoxeni utrumque vocabulum Ἀττίνιος & Τιτίννιος liquidas duplices præferant, neque enim tanti eſt Græculorum ſequioris ætatis autoritas in nominibus præſertim Latinis aurei & puriotis ſeculi denotandis, ut præ illis monumentorum indubitatæ veritatis vileſcat fides.

Accius conſtanti errore ex pronuntiatione barbarâ & Gothicâ ducitur, aliter veteres perpetuò. Cicero ſæpe, necnon alii cum primis Grammatici. Conſtat ex Genitivo ſingulari manifeſtius.

Perſius. ——non hìc eſt Ilias Attl Ebria veratro.

Nec eſt cur aliquis hoc mendum autori potiùs quàm librariis imputet, cùm ipſe lectionis antiquæ non poſſit adeò rudis & ignarus fingi. Sic Mutius. nam idem Perſius: Te Lupe, te Muti. In hiſtoriâ Regum Gothicorum Hiſpanicè ſcriptâ, *Aetius* vocatur *Eccio*.

Nec illud caſui tribuendum, Cap. 4. in *Efferre*.

Lucil. lib. 26. ——Ego ubi quem ex præcordiis ecfero verſum.

Ecferre, oſtendere. Ecferre, erigere, levare. Ecferre, edere, provehere. M. Tullius de ſignis. Nimium forſitan hæc illi mirentur, atque ecferant. Lucil. lib. 29.

Omnia alia, in quibus ecferimur rebus, ne ego multis loquar.

M. Tull. de officiis, lib. 2. Itaque eos viros ſuſpiciunt, magniſq; ecferunt laudibus.

Quomodo etiam Terent. Heautont. 4. 3. 3.

Huic equidem conſilio palmam do; hìc me magnificè ecfero.

Id. Hec. 4. 1. 50.

Ibo intro, atque edicam ſervis, nequo hinc ecferri ſinant.

Cap. 3. Pacuv. Peribœâ.

Ecfare, quæ cor tuum timiditas territat.

F.

F pro *Ph* in Græcis. Attius; Finidis. octies legitur, nec unquam aliter reperies.

Novius. Filonico.

Cæcilius. Filumenâ. Rob. Stephanus è MSS.

Cæcilius. filium in alta eorum famam occultabat factio. Viri docti ad vocem rectè emendant Philumenâ.

Argumentum pro diversâ scribendi ratione firmum hinc petere est. φ Græcum per *f* vett. Latinis expressum. Quid quod in MSS. reperitur etiam Ennius Fœnice. Telefo.

Attius. Alfesibœâ. Fœnissis. Filoctetâ.

Turpilius. Filopatro. Canefore.

Cicero in Oratore de Ennio. *Vi patefecerunt Bruges*, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. Βρύγες Hesychio interprete sunt Φρύγες. Sanè cap. 4. MS. C.C.C. Attius Filoctetâ. Frigiam minorem esse immani Græciâ. Item voce Confidentia. Frugis pro Phrygis. Turpil. Leucadiâ.

Viden' tu Frugis incessum? quàm est confidens? DI istbunc (perduint!

Cap. 2. Pacuvius. Ilionâ.

Profecto aut inibi est, aut jam potiuntur Frugum.

Cap. 2. Lucil Sat. lib. 1. Miracla cient elefantes. c. 1. Fagones. bis. Cap. 13. bis Strofium. Item MS. Nonius citat Terentium in Formione. Non est hæc scribendi ratio planè novitia, cùm extet in vett. Inscriptionibus, Filetus, Filumenus, Filonicus, Fryx. quomodo & Amfion, Bosforani, Pamfylia. Arguunt insuper voces extra omnem memoriam ex magna Græcia in Latium deductæ, quod primitus non aliâ literâ commutarentur. φέρω, fero, φῶρ fur, φεύγω fugio, cum sexcentis aliis, quæ lector utriusque linguæ facilè sibi suggeret. Præterea liceat Mimorum scriptoribus ad plebitatem accedere. Obtinuit hæc scriptura apud priscos, ruri, & in provinciis. sic Focas dictus, Grammaticus Donato recentior, quem hodie, si Codicibus impressis fides, quam scio non ita magnam esse, Phocam appellamus. Ignoratus hujus Orthographiæ usus nuperis quibusdam Censoribus imposuit. Unum modò hujusmodi hallucinationis exemplar ab A. Gellio arcessam, in quo præsenti Articulo finem imponam. Noctium Atticarum libri 1. cap. 8. sic ordiritur (juxta hodiernos impressos.) Sotion ex Peripateticâ disci-

plinâ haud tanè ignobilis vir fuit: is librum multæ variæque eruditionis refertum composuit, cúmque inscripsit, Κλεος Ἀραλδείας. H. Stephanus ante centum annos in Parisinâ editione retulit *Sorion.* in Gryphianâ Lugdunensi, *Phocion.* Cod. MS. Coll. Linc. *Fosion.* ea genuina litera, ut quæ reliquis interpolandis ansam præbuit. de nomine dubitare non finit Scholiastes Aristophanis in Plutum, ad versum Act. 1. Sc. 2.

Καὶ τὰς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κοιντίας. ibi Scholion: Φυλαν δὲ Πετεπαμπικὸς ἐν τῷ Κλεϊδι τ' Ἀραλδείας Δημοδίνλιω ἱστρῶ Λατίνῳ αὐτὸν μυείας ἀραχμὰς αἰτιαμβύκης εἰς μισθὸν πατυχθῶ, Οὐκ ἀνῦμαι, φάναι, μυείων δεγχμῶν μαμμίλλαν. Videtis nomen Autoris, titulum libri, denique ipsissimam historiam. Hujusmodi amœnioris literaturæ libellos Grammatici per Gallias Hispaniásque passim diffusi, jam inde à temporibus bene vetustis Latinè verterant, quod constat ex Fulgentio Planciade, unde color hic scripturæ velut Provincialis & antiquarius duci videtur. Sed hactenus ut in materiâ prætenui nimis fortasse multa. Quod sicui odiosum fuerit, eo factum sibi persuadeat, nequis MSS. fidem in Orthographiâ pro locis & temporibus non unius modi ad excusorum Codd. normam ex Arte pendentem & purioris ferè seculi, semper revocandam temerè opinetur Nihil addo. Spicilegium hoc post Nonianas clarorum virorum, messes an perire malint, aliis statuere integrum relinquo.

XXXV.

Fabius Fulgentius Planciades duos edidit libellos: unum, de prisco sermone; de continentiâ Virgilianâ, alterum. colligas ætatem inde, quòd opus utrumque Chalcidio nuncupaverit. Extat autem in archivis Bibliothecæ Bodleianæ Chalcidii MS. exemplar pervetus, charactere Hibernico descriptum. Nota huic in prima statim paginâ ascripta est, Osii Hispani Episcopi Chalcidium fuisse Archidiaconum. *Osium* aspires an attenues perinde est. sine spiritu in Conciliis, ut & in hoc MS. ponitur. *Hispani*, Cordubensis, ut vulgò notum. Magnus ille Osius, Maximiani (is Constantini M. avus) seculo jam Confessor, tempora Constantii grandævus attigit.

tigit. Fulgentius igitur Nonium quasi ducentis, aut eo amplius annis, anteceſſerit. Philologus an Philoſophus, Chriſtianis ſacris addictus, nécne, Cordubæ vixerit an alibi in circuitu, mihi juxtà compertum: ſpem facere poterit à vero cultu non admodum abhorruiſſe, quòd operibus, aliàs variæ tantùm eruditionis, patrocinium Chalcidii non Grammatici tantùm, aut Platonici, ſed & Archilevitæ tam honorificis præfationibus ambierit. quamquam nihil inde certi ſtatuas & indubitati; cùm in primitivæ illius Eccleſiæ flore, Chriſtianis cum Gentibus tantum humanitatis, tantum non fictæ charitatis fuerit, quantum in fæce ſeculi Chriſtianis inter ejuſdem myſterii participes vix intercedere hodie experimur. Plura adjicere prohibet mixtus cum indignatione pudor. nec adeò ſum animi impotens quin priùs attexam, quorſum hæc omnia pertineant, quàm his Exercitationibus finem imponam.

In omni eruditione locum vel principem apud ſtudioſos obtinere debet, quicquid eorum judicium inſtruat exerceátque. Diſcrimen *inter dextram & ſiniſtram* ponere, primus eſt rationis fructus. Diſcrimen *inter bonum & malum* facere, ut hoc vites, illud appetas, in primis morum rudimentis, maximiſque meritò cenſetur. *Vita bivium*, literæ bicornis ſymbolo, notavit olim Pythagoras. deinde Prodicus Cius, argumento tanquam ab heroicis temporibus deducto, velut oculis auribúſque ſubjecit. ex hac optione pendet illud judicium de nobis poſt obitum, quod Socrates vidit apud Ciceronem, Tuſculan. lib. 1. §. 30. *duas eſſe vias*. Quanto majoris hoc apud Chriſtianos momenti? Parco multis. Intereſt docentis pariter ac diſcentis, ut *veri ſpeciem à variis ſejungat*. Verbo dicam; *Rectum* atque *ſtabile judicium* eſt ipſa mens animi. Valet hoc imprimis in arte vivendi. Beneficium tamen tam divinum non ab incunábulis ſemel explicat ſe, ſed nobiſcum adoleſcit, ſubſidiis ad acquirendum eget, & longo rerum uſu corroboratur; modò ne cupiditatibus, aut temerè conceptis opinionibus aciem animi hebetemus; pro captu tamen mortalitatis, nec hîc omnibus numeris abſolutum, nec ſui præſidens. ſed quid hæc ad Nonianas animadverſiones? Artem judicandi, quæ Critica dicta circa vett. omne genus ſcriptores verſatur, ad inferiorem claſſem relegari debere

non inviti concedimus. Non parum tamen utilitatis hæc quoque Reip. literariæ attulit, dum scriptis obscuris & adhuc male intellectis lucem infert, dum genuina à spuriis separat, aut mendis sublatis barbariem intermedii seculi dispellit. Unum modò Nonium excerpsimus, de quo, præter cæteros vitioso, conjecturam licet facere, quid ignorantia librariorum, cum oscitantiâ & audaciâ conjuncta, in probis autoribus corrumpendis possit. Nemo mihi, materiam objiciat, aut scriptorem, ipsis forsitan ignotum. Periculum artis in ulceribus, quamvis egeni sint, facere consultius credant quàm in locupletibus quibusque. Varium & multiplex est negotium censura librorum. Ego fontes aperire volui. Caput est Artis Criticæ Codd. MSS. tractare castè integréque, id est, cum fide repræsentare. Non loquor inconditam Variarum Lectionum sylvam. Volo ut Censor, quisquis is sit, de suo conferat rationum momenta cur hæc illi præferenda sit, Aliquid historiæ sciat, arguat ex ratione temporum & situ locorum. quid in oratione sincerum, quid futile crepet, internoscat. Leges versuum teneat, sed & licentiam, si nævos tollere parat, si lacunas supplere. Vim & significantiam vocum trutinet, si fieri possit, statera aurificis. Paucis absolvam: politiorem literaturam calleat aliquantò magis quàm mediocrem. Absit omnis innovandi prurigo. Nolit in alienis operibus pro libitu reformandis sibi ullum licere. Sicubi MSS. Codd. autoritas aut deficiat aut varietur, conjecturæ locus est. verùm ita conjiciat, ut non passim & temerè, sed solidis subnixus rationibus, in ipsis ancipitis scripturæ vestigiis insistens tanquam ad scopum collimet. Talis esse debebit, qui operas Typographicas dirigere, quàm sequi malit. Sed odiosus esse desino: sicui specimen hoc minùs ad gustum fuerit, sciat à me velut ulmeam cœnam, dedità operâ juventuti Academicæ appositam, non tam ad delectationem, quàm ad *scientiam carpendi*.

Exercitationem proximam *de Senario* meditamur.

FINIS.